

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ

Τίς ὁ σοζόμενος πλούσιος.

—*—
CLEMENTIS
ALEXANDRINI
LIBER,

Quis dives salutem consequi posuit;
PERPETUO COMMENTARIO ILLUSTRATUS

A

CAROLO SEGAARIO,

*S. S. Theol. Doct. & Prof. Lit. Gr. in Acad. Rheno-Trajan.
ab anno 1766 ad annum 1803.*

—*—
TRAJECTI AD RHENUM
APUD JOH. ALTHEER.

Prostant LONDINT
OGLES, DUNCAN & COCHRAN
37 Paternoster Row & 295 Holborn.

Ao. M D C C C X V I


ARTIUM DOCTRINARUMQUE

STUDIOSO LECTORI

S.
AD BIBL.
UNIVERS.
MONAC.

Hoc opusculum, quod Tibi a nobis offertur,
B. L., auctorem habet Clementem Alexandrinum,
Christianorum illius aevi Plutarchum, interpretem
vero Carolum Segarium, quem quis Theologorum
suae aetatis, ut ita dicam, Φιλοσογόνατον, et Phi-
lologorum θεολογούματον haud inepte vocaverit.
Quum enim hic ab ineunte aetate ad extremam usque
senectutem cum Theologia Literarum studium con-
iunxerit, sensim paulatimque ad illum eruditionis
gradum pervenit, ut non modo omnes doctrinas,
quae primarium Theogum ornant, cognitas om-
nino et perceptas haberet, verum etiam Literarum,
inprimis Graecarum, admodum peritus fieret.

Natus est anno 1724. Iuvenis in Academia Lug-
duno-Batava Literis et Theologiae operari nava-
vit, atque ibi Dissertationem publice defendit. Anno
aetatis XXIV, h. e. anno 1748, in pago, cui no-
men Benthuizen, primum fæcere munere func-
tus est. In sequente anno abiit in Zelandiam, et in-
ter Goesanos per triennium divinorum oraculorum
interpretis personam summa cum laude hominum
intelligentium sustinuit. Quo peracto, quum in-
terim Segarii doctrina in dies magis magisque in-
notuisset, ipsiusque morum simplicitate et ingenuo
candore hominum animi mirum in modum cape-
re.



testitur, *Groninganorum votis expetitus*, in illa cœlesti urbe septem deinceps annos moratus est, et tanta fide, atque dexteritate omnia veri et germani Theologi officia explevit, ut primum cives Amsterdamenses (anno 1757), tum Roterodamenses (anno 1758) nihil ardentius cuperent, quam a tali doctore erudiri, et ex ipsius ore divinae mentis interpretationem percipere posse. Quae tamen spes utramque civitatem fecellit. Sed quum proximo anno (1759) Senatus Ecclesiasticus Rheno-Traiectinus ipsum invitaret, ut ad se veniret, illius voluntati et desiderio satisfecit, tantamque nominis famam assecutus est, ut ab inclytæ Academiae Curatoribus præ caeteris dignissimus censeretur, quum *Literarum Graecarum Professorem* crearent.

Iam vero, qua ratione in utroque hoc munere, Sacerdoti et Professorio, versatus sit, facile ex eo apparet, quod dictu difficile est, utrum collegae, discipuli, et omnes omnino cives ipsius eruditio et docendi facultatem magis admirati, an vero pietatem vitaeque integritatem venerati sint. In eo certe omnes consentiebant, in Segarium in primis convenire illa summi viri, J. A. Ernesti, verba: "Fuit Theologus, cuius non modo cathedra, sed tota vita quandam Christi disciplinam habebat, cuius non vox magis quam facta Christum loquebatur, et in quo erat doctrinae et vitae amplexus et eiusdemea." Mortuus est propemodum octogenarius anno MDCCCI, die XXII Decembris.

Verum quum nec huius loci, nec nostrarum vi-
tium sit, Segarium pro meritis laudare, hanc ho-

norificam provinciam lubentes aliis relinquimus,
qui magis diserti et eloquentes sint. Attamen haud inutile esse putavimus, hic addere indiculum opus-
culturum ab ipso editorum:

- 1.) Dissertatio Philologico-Theologica, exhibens Specimen Observ. in V. & N. Test., quam praefide J. v. d. Honert, T. H. fil., publico examini submisit Lugd. Bat. die XXI Jun. MDCCXLVII in 4.
- 2.) Twee Leerredenen tot afscheid en intrede in de Gemeente Gods te Groningen en te Utrecht, Utr. 1760. 4.
- 3.) Opheldering van Jes. XXVI, in eene Voorrede ter aanprijsing der verklaaring van Jacobus de Groot, Utrecht 1763. 8.
- 4.) Observationes Critico Theologicae in Caput I Epistolæ ad Romanos, insertæ Biblioth. Brem. novæ Clasf. V. Fas. I, Ao. 1762. 8.
- 5.) Epistolæ Critica ad Casp. Valckenarium V. Cl. collationis Mscr. Etymologici Traiectini cum Ammonio et Etymologico Magno nuncium afferens, Traj. ad Rhenum 1766. 8.
- 6.) Oratio de egregiis fructibus, qui ex assidua Auctorum Graecorum lectione ad oraculorum divinorum interpretem redundant., Traj. ad Rhenum 1766. 4.
- 7.) Observationes Philologicae et Theologicae in Euangelii Lucae Capita XI priora, Traj. ad Rh. 1766. 8.
- 8.) Oratio de Critice in divinis Novi Foederis libris aequa ac in humanis, sed circumspecte ac modeste, etiamnum exercenda, Traj. ad Rh. 1772. 4.
- 9.) Animadversiones et Praefatio, quibus ornavit novam editionem Danielis secundum Septuaginta ex Tetraplisis Origenis &c., Traj. ad Rhenum 1775. 8.
- 10.) Oratio de Hugo Grotio, illustri humanorum et divinorum Novi Foederis Scriptorum interprete, Traj. ad Rhenum 1785. 4.

- 11.) Prijsverhandeling, behelzende aanmerkingen op het eerste Deel van de Historie der verbasteringen van het Christendom van Joseph Priestley, met die van Abbias Velingius en Cornelius Gavel uitgegeven, 's Hage en Haarl. 1787.
- 12.) Dankrede op den eersten verjaardag van Utrechts verlossing over Psalm CXVIII, vs. 27—29; met die van Jacobus Hinlopen en Hendricus Weyland, uitgegeven 1788.
- 13.) Specimen Observationum Criticarum in Isocratem, quas edi jussit in *Actis Literariis Societatis Traiectinae* T. I. p. 73—105., Lugd. Bat. et Traj. 1793.
- 14.) His tamquam opus posthumum addatur hic *Clementis Alexandrini* libellus, eruditissimis animadversionibus ita auctus et ornatus, ut arduum sit statuere, sitne huic Doctori Ecclesiastico honorificentius hoc opusculum scripsisse, quam *Segaarium* ipsius interpretem habuisse.

Conf. Clar. Chr. Saxii Mantisa s. P. VIII. Onomast. Lit. pag. 289—291, et *Artium Literarum Nuntius*, editus die VI. Jan. A. MDCCCV.

Caeterum vero Tuum jam erit, B. L., studium nostrum in edendo hoc opere collocatum favoris Tui patrocinio sublevare, praesertim quum nos nullo alio consilio illud typorum formulis excusisse affirmemus, quam ut *Segarii* manibus debitum honorem persolveremus, et rem literarum egregii viri foetu eximio bearemus.

EDITORES.

C A.

CAROLI SEGAARI

P R A E F A T I O.

BENEVOLO LECTORI

S.

Post triginta annos, et quod excurrit, tandem mihi iam voluntas erat, hunc libellum, meis Observationibus expolitum, publici juris facere. Atque hac quidem opportunitate data, nonnulla primum monebo de ratione studiorum Theologorum, et tum de editione huius opusculi.

Saepe in animum revocavi illa tempora, quibus coelestis sapientiae puriorisque religionis alumni et studiosi Literarum incredibili amore ferebantur. Verum nihil attinet hoc alte repetere. Fuerunt iam superiore seculo, praesertim inter Anglo-Britannos, literatisimi Theologi, qui etiam Scriptores Graecos et Latinos in lucem edere non dubitarent. Sunt et qui de Patribus, quos vocant, praeceteris egregie meruerunt, in quibus tamen plura tractanda restant. At nostra hac aetate plerique literas humaniores, quarum vim ignorant, tantum non negligunt: ne in Graecis quidem ita tricinium ponunt, ut Patres aliquo modo solerent legere possint. Hinc iam verae disciplinae perturbatio et eversio. Nostri quippe homines fere non nisi recentiores legunt. Dico hic tantum de Patribus. Patres quatuor priorum seculorum nimii sunt, qui magnum temporis spatium postulant, unum

VIII P R A E F A T I O.

modo Clementem Alexandrinum, inexhaustae doctrinae virum, excipi velim.

Singulari quodam literarum amore incensus, maiori vitae parte equidem Scriptores, imprimis Graecos, legi: Patres tamen etiam plures evolvi, et inter hos praesertim, quem dicebam, Clementem Alexandrinum, atque huius libello, *Quis dives salvandus*, vehementer delectatus sum.

Est unus huius opusculi modo Codex Vaticanus, et una, quae auctoritatem habeat, hinc hausta Editio. Nimurum Michaël Ghislerius Romanus ex Clericis Regularibus Lugduni a. 1623 in suis ad Jeremiam Commentariis Tom. III. p. 262 et seqq. Graece et Latine, hoc titulo praefixo, vulgavit: *Origenis homilia vigesima et ultima inter homilias eiusdem super Jeremiam in Graeco Codice Vaticano repertas*, Joanne Matthaeo Caryophilo interprete. Erravit hic Ghislerius, quod et deinde vidit, et agnovit in Praefat., quam suis in Jeremiam Commentariis praemisit c. 7. Nullus certe dubitandi locus est, quin tractatus hic non *Origenis*, sed genuinus *Clementis Alexandrini* foetus sit. Ad paucorum notitiam quum pervenisset hic libellus, in lucem deinde prodiit in novissimo Graecorum Patrum Auctario, quod anno 1672 Parisiis fuit emisum, curante Francisco Combefiso. Inspicienda est haec editio, ut, quid *Clementi* vel profuerit, vel obfuerit *Combefisius*, cognoscatur. Uno alteroque loco profuit, sed plerumque rem pessime administravit, ut monuit Cl. Valckenær in Diatr. in Eurip. perd. dram. reliquias C. XXV, p. 283 C., qui scribebat in Herodot. p. 589. vanissimum formulae nostrae

cla-

P R A E F A T I O. 12

clarorum virorum censorem ingeniosissimum *Clementis* libellum saepe interpolasse. Huic deinde succedit vir egregius Joannes Fell, Oxoniensis Episcopus, qui Oxoniae a theatro Sheldoniano a. 1683 cum nonnullis aliis hunc *Clementis* libellum seorsim edidit. Paullo hic accuratius in illo opere versatus est, qui nonnumquam et lectionem Cod. Ms. habet, ubi *Combef* non notavit, brevibus etiam scholiis opusculum illustravit, et, ubi lacunas quasdam animadvertebat, quae lectori remoram facturae videbantur, eas, vocibus nonnullis interpositis, supplevit, quas uncis a typographo includi curavit, ut, quae addita essent, a genuinis *Clementis* verbis internosci possent. Hanc editionem secuti sunt Thomas Ittigius Lipsiae a. 1700, et Joannes Potterus, qui praestanti sua*e Clementis* editioni Oxoni. a. 1715 subiunxit, additis etiam, quod et *Ittigio* visum, notis *Combefisi*, quae, paucis exceptis, argumento sunt, vera dixisse *Valckenarium*. Haec universi suffecerint. —

Iam progrediar ad ea, quae hanc editionem meam proprius attingunt: sed paucis tamen defungar. —

Editionem *Felli* ego quoque secutus sum, sed ita, ut breviora scholia, quae addidit, omissem. Verum, quod me hic facere conveniebat, ad primam eam editionem exegi, et omni, anxia quoque, diligentia ad calculos revocavi, ut, quantum possem, Auctoris manum exhiberem. Supererant in hac editione plures loci, qui correctione indigerent, et in ipsa prima editione non exigua erat mendorum multitudine. Videmus hic, quantum in praestantissimis etiam Patrum editionibus saepe adhuc emendandum restet,

Re:

P R A E F A T I O.

Reperies hic plures praeter opinionem etiam natas conjecturas et emendationes, de quarum fide et ipse aliquando hic illic ambigo, sed tamen etiam, quae tam liquidae et certae sunt, ut nonnullas vel in tex- tum recipere non dubitaverim. Nimis hic forte fui in aliorum Scriptorum locis, *Clementis* quoque no- stri, tentandis, et Graecis universe tractandis. Ve- niam peto. Sunt item plura, quae ad Historiam Ec- clesiasticam spectant, de quibus et nonnulla dicen- da fuerunt. Caeterum *Clemens*, vir variae lectionis, et in veterum Graecorum libris versatisimus, nimio philosophiae amore, quod non inficiandum est, in plures errores incidit: atque horum nonnulli, mi- nus autem graves, in hoc etiam libello reperiuntur, qui magni tamen aestimari meretur, quemque *inge- niosissimum*, ut vidimus, iudicabat *Valckenarius*. Praeterea si sanctissimae religionis Christianae doc- trinam spectes, haec adeo simplex hic est, ut hinc *Clementis* sententiam melius haurias, quam aliunde: tum eihicam Christianam secundum decreta Eu- gelii salutifera nostri Domini, amorem et cultum Dei, beneficentiam et liberalitatem erga fratres, ita tractat, ut omni laude hinc eum dignissimum exi- flimes, et singulari eum amore complectaris. De- nique in adornanda hac editione non iutile etiam fore mihi visum est, si *Excursus* quosdam subiu- gerem. De interpretatione Latina nihil dico. Labo- rat hic illic quadam adhuc macula: mutavi tamen eam nonnullis locis, et aliquando etiam versione viri eruditissimi, *Io. Maith. Caryophili* usus sum. Vale. Scripsi die XVI Sept. 1802.

HIE.

HIERON. IN CATAL.

Clemens Alexandrinae Ecclesiae presby- ter, Pantaeni auditor, post ejus mortem Alexandriae Ecclesiasticam scholam tenuit, et κατηχήσων magister fuit. Feruntur ejus insignia volumina plenaque eruditionis et eloquentiae, tam de scripturis divinis, quam de secularis literaturae instrumento. E qui- bus illa sunt. Στρωμάτις, libri octo. ὑπο- τυπώσων libri octo. Adversus gentes liber unus. Paedagogi libri tres. De Pascha li- ber unus. De Jejunio disceptatio, et alias qui inscribitur, Quisnam dives ille sit, qui salvetur. De Obrectatione liber unus. De canonibus Ecclesiasticis; et adversum eos, qui Judaeorum sequuntur errorem, liber unus.

A

KAH-

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

Ορ μὲν τοὺς ἐγκαμιᾶτες λόγους τοῖς πλου-
σίοις δέροφοροῦτες, οὐ μόνον κόλακες καὶ ἀνελεύ-
θεροι δικαιῶς ἄλλοι ἔμοιγε κρίνοται δοκοῖς, ὡς
ἐπὶ πολλῷ προσποιούμενοι χαρίσασθαι τὰ ἀχά-
ριτα, ἀλλὰ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἐπίθυμοι· ἀσεβεῖς
μὲν, ὅτι παρέτες αἰνεῖν καὶ δοξάζειν τὸν μόνον
τέλεον καὶ ἀγαθὸν Θεόν, ἐξ οὐ τὰ πάντα, καὶ δι
οὐ τὰ πάντα, καὶ εἰς οὐ τὰ πάντα, περιάπτου-
ει τὸ (a) [Θεοπρεπέστατο] [v] (b) γέρας ἀνθρώ-

ποιε-

(a) Θεοπρεπεστάτου. Haec, et quae sequuntur uncis
inclusa, ex conjectura ad hiatus codicis MS. im-
plendos addita.

(b) Τέρπη MS.

CLEMENTIS
ALEXANDRINI

L I B R U M
Quis dives salvetur.

Qui encomiorum munera divitibus tribuunt,
ii vero mihi nedum adulatores et illiberales
merito habendi esse videntur, qui magno se
gratificari simulent quorum nulla gratia, ve-
rum etiam impii ac insidiosi: impii quidem,
quod posthabitis Dei laudibüs et gloria, qui
unus perfectus ac bonus est, (a) ex quo
omnia, et per quem omnia, et in quo omnia,
[quem sibi ille honorem vendicat], homini-
bus tribuunt [piaculari et impura] vita volu-
tantibus, [ipsis] proinde, in mercedem, ju-
dicio Divino obnoxii: insidiosi autem, quo-
niā cum et solae opes sufficient ad emollien-
dos

(a) Rom. 11. 35.

dos corrumpendosque locupletum animos, de-
que via per quam salus paratur, procul avo-
candos: illi contra etiam stolidiores efficiunt,
divitum mentes immodicarum laudum oble-
stationibus fastu efferentes, idque adeo prae-
stantes, ut cetera omnia plane flocci pendant,
praeter divitias ob quas in honore habentur;
igni, ut dicitur, ignem addendo, fastumque
fastu cumulando, ac thesauris molem appo-
nendo, gravi elemento gravius pondus, de quo
potius auferendum erat et amputandum, ceu
morbo periculo ac lethifero. Ei enim, (a)
qui se extollit ac magnum facit, vicissim suc-
cedit tumentis animi in humile mutatio ac ca-
sus, uti docet sermo Divinus: propiusque ad
humanitatem existimo, quam palpare [illibe-
raliter] divites [et laudibus evehere] pro eo
quod maleficerint, [monitis subvenire, et]
salutem illis [procurare] quoque id modo
fieri possit: tum postulando id a Deo, qui res
ejusmodi suis, filiis firmiter ac jucunde fruen-
das elargitur: tum vero per gratiam Salvato-
ris eorum animis medendo, illuminando et ad
capesendam veritatem nos eis duces offeren-
do:

(a) Matt. 23. 12.

ποις ἐνα [γεῖ καὶ βορβορόδει] Βίᾳ κυλινδομένοις·
[τούτου ἔνεκα,] τὸ κεφάλαιον, ὑποκειμένοις τῇ
κρίσει τοῦ Θεοῦ. ἐπίβουλοι δὲ, ὅτι καὶ αὐτῆς τῆς
περιουσίας καθ' αὐτὴν ἵκανης οὖσης χαυνῶσαι τὰς
ψυχὰς τῶν πεπτυμένων, καὶ διαφθεῖραι, καὶ ἀπο-
τῆσαι τῆς ὁδοῦ, διὸ ἐπιτυχεῖν ἐτί σωτηρίας:
οἱ δὲ προσεπλήσσονται, τὰς γνώμας τῶν πλου-
σίων ταῖς ἡδοναῖς τῷ ἀμέτρῳ ἐπαίνων ἐπαίρον-
τες καὶ κατάπαξ τῶν ὅλων πραγμάτων πλήν
τοῦ πλούτου, διὸ ὁ Θαυμάζονται, παρασκευά-
ζοντες ὑπερφρονεῖν τὸ δῆ τοῦ λόγου, πῦρ ἐπὶ
πῦρ μετοχεύοντες, τύφῳ τύφον ἐπαντλοῦντες,
καὶ ὄγκον πλούτῳ προσανατέντες, βαρεῖ Φύσει
Φορτίον βαρύτερον, οὐ μᾶλλον ἐχρῆ ἀφαιρεῖν καὶ
περιόπτειν, ὡς σφαλεροῦ νοσήματος καὶ θανα-
τηφόρου. τῷ γὰρ ὑψούμενῷ καὶ μεγαλυνομένῳ
ἀντίστροφος ἡ πρὸς τὸ ταπειὸν μεταβολὴ καὶ
πτῶσις, ὡς ὁ Θεῖος διδάσκει λόγος. Εμοὶ δὲ
Φαίγεται μακρῆ Φιλαθρωπότερον εἶναι τοῦ Θε-
ραπεύειν [ἀνελευθέρως] τοὺς πλούτους [καὶ
προσεπταῖνεν] ἐπὶ κακῷ, τὸ συναίρεσθαι [λό-
γοις, καὶ] τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς [κατεργά-
ζεσθαι] ἀπαντα τὸν δινατὸν τρόπον· τοῦτο μὲν
ἐξαιτουμένος παρὰ Θεοῦ, τοῦ βεβαίως καὶ

καὶ δέος τοῖς ἑαυτοῦ τέχνοις τὰ τοιαῦτα προϊεμένου. τοῦτο δὲ λέγω διὰ τῆς χάριτος τοῦ σωτῆρος ἴσωμένους τὰς ψυχὰς αὐτῶν Φωτίζοντας καὶ προσάγοντας ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας κτήσιν. τῆς ἡ τυχὴν καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς λαμπρυόμενος, μόνος οὗτος βραβεῖον τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀναιρίσεται. δεῖται δὲ καὶ ἡ εὐχὴ ψυχῆς εὐρώσου καὶ λιπαρᾶς, ἄχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας τοῦ Βίου συμμετρημένην καὶ πολιτείαν διαθέσεως Χριστῆς καὶ νομίμου, καὶ πάσαις ταῖς ἐντολαῖς τοῦ σωτῆρος ἐπεκτεινομένην.

2. Κινδυνεύει δὲ οὐχ ἀπλοῦν τι εἶναι τὸ αἴτιον τοῦ τὴν σωτηρίαν χαλεπωτέραν τοῖς πλουτοῦσι δοκεῖν, ἢ τοῖς ἀχρημάτοις τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ποιύλοιν. οἱ μὲν γὰρ αὐτόθεν καὶ προχείρως ἀκούσαντες τῆς τοῦ σωτῆρος Φωνῆς, ὅτι ἥψον κάμηλος διὰ τρίματος ῥαφίδος διεκδύσεται, ἢ πλούσιος εἰς τὴν Βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀπογίνοντες ἑαυτοὺς ὡς οὐ βιωσόμενοι, τῷ κόσμῳ πάντα χαριζόμενοι, καὶ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς ὡς πλοῦς ἑαυτοῖς ὑπολειπομένης ἐκφεμαθέντες ἀπεγνωσαν πλέον τῆς ἑκεῖ ὁδοῦ, μηρέτι πολυπραγμονύσατες, μῆτε τίνας τοὺς πλουσίους ὁ δε-

do: quam quisquis adeptus fuerit, bonisque operibus claruerit, solus vitae aeternae bracium praemio reportabit. Enimvero Oratio, quae utique ad extremum spiritum durare debet, robustum animum atque serenum: porro Vitae ratio ac Disciplina, probam mentem, aequique ac justi tenacem, & quae ad omnia Salvatoris praecepta extendatur, postulat.

II. Forte autem non unum quid simplex est quod facit, ut opulentorum salus difficilior appareat, salutis egenorum, sed diversi generis hujus ratio extiterit. Alii enim auditis raptim et perfunctorie illis Domini Salvatoris vocibus, (a) Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum coelorum, animum despondentes quasi vitam minime consecuturi, mundo se totos dedentes, et tanquam praesens haec vita sola illis reliqua sit, illius desiderio suspensi, longius a via, quae in coelum dicit, diverterunt, ne pervestigantes quidem serioque pensantes quosnam Dominus & magister appellat divites, ac nec quomodo hoc apud homines fieri possit, vel non posse.

(a) Matt. 19. 24.

posit. Alii vero, hoc quidem recte convenienterque intellexerunt: neglectis tamen quae ad salutem spectant, operibus, quantum parerat apparatus non fecerunt, ut eorum quae in spe posita sunt, compotes efficerentur. Ambo haec dicta à me sunt de divitibus, quibus nota est et virtus Salvatoris et illustris salus: de aliis parum curo, qui coelestis doctrinae sunt ignari.

III. Decet ergo ut qui veritatis fratrumque amore teneantur, quique nec petulanter insurgunt in divites qui vocati sunt (*id est Christiani*) neque vero lucri proprii causa rursum illis assentantur; primum quidem ex eorum animis verbi praedicatione eximant inanem metum; congruaque oraculorum Domini expositione liquido ostendant, non omnino repulsos eos ab haereditate regni coelorum, si modo dicto audientes sint ut mandata exsequantur: deinde admoneant, timere eos ubi nullus timendi locus, eosque qui velint, Dominum placide suscipere; tumque ad haec ostendere et institutione catechetica docere par erit, quampe ratione quibusve operibus pariter affectibus speratam haereditatem consequantur,

ut

πότης καὶ διδάσκαλος προσαγορεύει, μήτε ὅπες τὸ ἀδύνατον ἐν ἀνθρώπῳ ἢ δυνατὸν γίνεται. ἄλλοι δὲ τοῦτο μὲν συνῆκαν ὄρθως καὶ προσηκότως, τῶν δὲ ἔργων τῶν εἰς τὴν σωτηρίαν ἀπαφέροντων ὀλιγωρίσαντες, οὐ παρεσκευάσαντο τὴν δέουσαν παρασκευὴν εἰς τὸ τὰν ἐλπιζομένων τυχεῖν. λέγω δὲ ταῦτα ἐκάτερα ἐπὶ τῶν πλουσίων, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς ἐπιφανοῦς σωτηρίας ἡσυχημένων, τῶν δὲ ἀνόταν τῆς ἀληθείας, ὀλίγον μοι μέλει.

3. Χρὴ τοίνυν τοὺς φιλαλήθεως καὶ φιλαδέλφως [διακειμένους] καὶ μήτε καταθρασυνομένους αὐθαδῶς τῶν πλουσίων κλητῶν, μήτε αὖ πάλιν ὑποπίπτοντας αὐτοῖς διὰ οἰκείαν φιλοκέρδειαν, πρῶτον μὲν αὐτῷτε ἐξαρεῖν τῷ λόγῳ τὴν κείμενον ἀπόγνωσιν, καὶ δηλοῦν μετὰ τῆς δεούσης ἐξηγήσεως τῶν λογίων τοῦ χιρίου, διότι οὐκ ἀπέκειται τέλεον αὐτοῖς ἡ κληρονομία τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐὰν ὑπακούσωσι ταῖς ἐντολαῖς· εἴτ' [ὑπὸ ταυμάτωσιν] ὡς ἀδεῖς δεδίαστι δέος, καὶ ὅτι βουλομένους αὐτοὺς ὁ σωτήρ αἰσμένως δέχεται· τότε καὶ προσδεικνύαι καὶ μιταγωγεῖν ὅπως ἀν καὶ δι' οἷων ἔργων τε καὶ διαθέσεων ἐπαύρυντο τῆς ἐλπίδος, ὡς οὐτ' αἰμηχάρου καθεστώ-

οντοῖς αὐτοῖς, οὐτε τούγατίον εἰκῇ περιγνωμένης· ἀλλ' ὅνπερ τρόπον ἔχει τὸ τὸν αἴθλητῶν, οἷς μικρὰ καὶ ἐπίκηρα μεγάλοις καὶ αἱθάρτοις παραβάλωμεν, τούτῃ καὶ ἐφ' ἑαυτῷ ὁ κατὰ κόσμον πλουτῶν λογιζόσθω. Καὶ γάρ ἐκείνῳ ὁ μὲν ὅτι δυνήσεται νικᾶν, καὶ τεφάνων τυγχάνειν αἱπελπίας, οὐδὲ ὅλως ἐπὶ τὴν ἄθλησιν αἱπεγράψατο· ὁ δὲ ταύτην μὲν ἐμβαλόμενος τῇ γηώ μη τὴν ἐλπίδα, πόνους δὲ καὶ τροφὰς καὶ γυμνάσια μὴν προσιέμενος προσφόρους, αἰτεφάνωτος διεγένετο, καὶ δίμηρατε τῶν ἐλπίδων. Οὗτῷ τις καὶ τὴν ἐπέτυχεν ταύτην περιβεβλημένος περιβόλῳ, μήτε τὴν ἀρχὴν ἑαυτοῦ ἄθλων τοῦ σωτῆρος ἐκκηρυξσέτω, πιστὸς γε ἀντί, καὶ τὸ μεγαλεῖον συνορῶν τῆς τοῦ Θεοῦ Φιλανθρωπίας μήτε μὲν αὐθίς αἰάσκητος καὶ αγαγώντος μείγας, ἀκούτι καὶ πρωτική τῶν τεφάνων τῆς αἱθάρτοις ἐλπίζετω μεταλαβεῖν· ἀλλ' αὐτὸν ὑποβαλέτω φέρων γυμναστὴ μὲν τῷ λόγῳ, αἰγαλούετη δὲ τῷ χριστῷ· τροφὴ δὲ αὐτῷ καὶ ποτὸν γενέσθω τεταγμένον ἡ καὶ διαθήκη τοῦ κυρίου. γυμνάσια δὲ ἐτολαὶ, εὐσχημοσύνη δὲ καὶ κόσμος αἱ καλαιδιαθέσεις, αἴγαπη, πίσις, ἐλπὶς, γιᾶσις ἀληθείας, [ἐπιείκεια,] πραότης, εὐσπλαγχνία, σεμ-

ut quae nec illis omnino negata sit, nec rursus temere nulloque hominis conatu obveniat. Sed sicut se in athletis res habet, (ut parva et corruptibilia cum magnis et incorruptilibibus conferamus) ita quoque in se ipso contingere cogitet, qui seculi opibus dives est. Etenim quisunque de victoria et corona desperavit, is nec omnino, ut in arenam descendat, nomen dederit; qui vero hanc ipse quidem animo spem conceperit, labores tamen et cibos et exercitationes in eam rem congruas non admittit, corona indonatus manet, ac spes illum frustrata est. Sic et quisquis terrenis his opibus affluit, caveat ne se ipse primum à Salvatoris praemiis excludatur ducat, modo fidelis existat, ac divinae bonitatis magnitudinem intelligat; nec rursus nulla exercitatione nulloque certamine posito, circa pulverem atque sudorem immortalitatis se corona donandum speret; sed ultro se verbo tradat tamquam palaestrae magistro, Christoque velut certaminum praesidi. Cibus illi ac potus praestitutus, Novum Domini Testamentum; Exercitamenta, Mandata; Ornatus ac cultus, bonaen animi Affectiones ac dotes; caritas, fides, spes, veri cognitio, [benignitas], lenitas, misericordia, castitas, ut, cum novissima tuba signum

signum dederit, ex cursu et emigratione ex hac vita, velut stadio, bona cum conscientia, certaminum Praesidi victor adstet, sine controversia dignus coelesti patria, in quam coronis, angelorumque praeconio ac plausu donatus revertitur.

IV. Det igitur nobis Salvator, ut hinc orientes sermonem, vera et convenientia, quaeque ad fratrum salutem faciunt conferamus; primum de spe ipsa, deinde iis quae ad spem conducunt. Hic indigentibus largitur, docetque rogantes, porro ignorantiam tollit, atque desperationem excutit; eosdem rursus de divitibus sermones inducens, qui ipsi seipso interpretantur tutoque exponant. Nihil enim sic juvet, ac ipsa rursus audire verba, quae in Evangelii hactenus nos conturbarunt, inconsulte et perperam prae infantia mentis illa, audientes. (a) Et cum exiret in viam, accedens quidam genu flecebat, dicens: Magister bone, quid faciam ut vitam aeternam possideam? Jesus autem ait, Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi unus, Deus. Praecepit nos, Ne adulteres, ne occidas, ne fureris,

(a) Marc. 10. 17, 18. etc.

νότης, ἵνα, ὅταν ἐσχάτη σάλπιγγι ὑποσημίη, τοῦ δρόμου καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἔξοδου, καθίστερ ἐκ σαδίου τοῦ βίου, μετ' ἀγαθοῦ τοῦ συνειδότος τῷ ἀθλοθέτῃ παρασῆ πικρόπορος, ὡμολογημένος τῆς ἄνω πατρίδος ἄξιος, εἰς ἣν μετὰ τε Φάνω καὶ κηρυγμάτων ἀγγελικῶν ἐπανέρχεται.

4. Δοίη τοίνυν ἡμῖν ὁ σωτὴρ ἐντεῦθεν ἀρξαμένοις τοῦ λόγου, τάλην καὶ τὰ πρέποντα καὶ τὰ σωτήρια συμβαλέσθαι τοῖς ἀδελφοῖς, πρὸς τε τὴν ἐλπίδα πρῶτον αὐτὸν, καὶ δεύτερον πρὸς τὴν τῆς ἐλπίδος προσαγωγήν. ὅδε χαρίζεται δεομένοις, καὶ αἰτοῦσις διδάσκει καὶ λύει τὸν ἄγγοντα, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν ἀποσείται, τοὺς αὐτὸὺς πάλιν εἰσάγων λόγους περὶ τῶν πλουσίων, ἐαυτῶν ἐρμηνέας γνομένους καὶ ἐξηγητὰς ἀσφαλεῖς. Οὐδὲν γάρ οἷον αὐτῶν αὖθις ἀκοῦσαι τῶν ῥητῶν, ἀπέρ ημᾶς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἄχρι νῦν διετάρασσεν, ἀβασανίσως καὶ διημαρτυμένως ὑπὸ ιηπτότητος ἀκρομένους ἐκπορευομένῳ αὐτῷ εἰς ὅδον προσελθάν τις ἐγοπούτεται, λέγων, διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ἀγαθὸν ποίουσ, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομίσω; ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει τί με λέγεις ἀγαθὸν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός. τὰς ἐντολὰς οἶδας, μὴ μοιχεύσῃς, μὴ Φογεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μὴ θευ-

δομαρτυρίους, μὴ ἀποστείσης, τίμα τὸν πα-
τέρα σοῦ καὶ τὴν μητέρα. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει
αὐτῷ πάντα ταῦτα ἐφύλαξα. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμ-
βλέψας ἡγάπησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν, Ἐν σοι ὑπέρει-
ει Θέλεις τέλεος εἶναι, πώλησον δοσα ἔχεις, καὶ
διάδος πτωχοῖς, καὶ ἔξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ
καὶ δεῦρο ἀκολουθεῖ μοι. ὁ δὲ συγγράσας ἐπὶ τῷ λό-
γῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος. ἦν γὰρ πλούσιος ἔχως
χτήματα πολλά. Περιβλεψάμενος δὲ ὁ Ἰησοῦς
λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. πῶς δυσκόλως οἱ τὰ
χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν
τοῦ Θεοῦ. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λό-
γοῖς αὐτοῦ. πάλιν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει
αὐτοῖς τέκνα πῶς δυσκολὸν ἐστὶ τοὺς πεποιθό-
τας ἐπὶ χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ
εἰσελθεῖν. Ευχολάτερον διὰ τῆς τρυμαλίας τῆς
βελότης κάρηλος εἰσελένεται, η πλούσιος εἰς
τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ περισσοῖς ἐξε-
πλήσσοντο, καὶ ἐλεγον· τίσ οὖν δύναται σωθῆναι;
ὁ δὲ ἐμβλέψας, αὐτοῖς εἶπεν· ὅτι παρὰ ἀνθρώ-
ποις ἀδύνατον, παρὰ Θεῷ δύνατον. ἤρξατο δὲ πέ-
τρος λέγειν αὐτῷ· ἵδε ήμεῖς ἀφίκαμεν πάντα,
καὶ ἱκολουθήσαμεν σοι. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς,
λέγει ἀμήν οὐδεὶς λέγω, ὃς διὰ ἀφῆται τὰ ἴδια καὶ

ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem fe-
ceris, honora patrem tuum et matrem. Ατ ille
respondens, ait illi· Haec omnia observavi.
Jesus autem intuitus eum, dilexit eum, et
dixit· Unum tibi deest; Si vis perfectus esse,
vende quaecunque habes, et distribue paupe-
ribus, et habebis thesaurum in celo; et veni,
sequerere me. Qui contristatus in verbo, abiit
moerens, erat enim habens multas possesio-
nes. Et circumspiciens Jesus, ait discipulis suis
Quam difficile qui pecunias habent, in re-
gnū Dei introibunt. Discipuli autem obstu-
pescebant in verbis ejus. At Jesus rursus re-
spondens, ait illis· Filii, quam difficile est
confidentes in pecuniis introire in regnum Dei?
Facilius est camelum per foramen acus ingredi,
quam divitem intrare in regnum Dei. Qui
magis admirabantur, atque dicebant, et quis
potest salutis fieri? Et intuens illos Jesus,
ait· Apud homines impossibile est, sed non
apud Deum. Coepit et Petrus dicere· Ecce
nos dimisimus omnia, et secuti sumus te. Re-
spondens Jesus, ait· Amen dico vobis, omnis
qui sua reliquerit et parentes et fratres et
pecunias propter me et propter Evangelium
centies tantum recipiet nunc in tempore hoc,

*agros et pecunias et domos et fratres cum
persecutionibus, et in futuro vita aeterna erit.
Multi autem erunt primi novissimi, et no-
visimi primi.*

V. Haec quidem in Marci Evangelio scripta sunt; quin et in reliquis plane omnibus eadem habentur, paucis forsitan per singulos verbis immutatis, sed quae eandem ubique sententiam contineant. Decet autem nos qui aperte sciamus, nihil Salvatorem humano more locutum esse, sed divina mysticaque sapientia suos cuncta docuisse; sermones hos non carnaliter audire, sed latentem in eis sensum digna investigatione mentisque solertia ac sagacitate perquirere et addiscere. Nam et ipsa quae ab ipso Domino videntur discipulis fuisse exposita, non minori, sed majori etiamnum consideratione indigere noscuntur, quam quae obscurius ac velut aegnigmata dicta sunt, ob profundissimam in eis altitudinem sensuum: quandoquidem adeo etiam illa, quae ab eo scholae domesticis putantur explanata, ac iis, quos ab eo filios regni invenimus vocatos, majori adhuc opus habent indagatione, certe quae

*γονεῖς, καὶ ἀδελφοὺς καὶ χρήματα ἔγενε ἐμῷ καὶ ἔγενε τοῦ εὐαγγελίου μου, ἀπολύθεται ἐκά-
τὸν τὰ πλασίαν τοῦ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, ἀργοὺς,
καὶ χρήματα, καὶ οἰκίας, καὶ ἀδελφοὺς μετὰ
διωγμῶν, ἐν δὲ τῷ ἐρχομένῳ ζωῆ ἐγών αἰώνιος. πολ-
λοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι ἑσχάτοι, καὶ οἱ ἑσχάτοι
πρῶτοι.*

5. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ κατὰ Μάρκου εὐαγγελίῳ γέγραπται καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσι ἀνομολογουμένως, ὅλιγον μὲν ἵστις ἐκαταχοῦ τῶν ῥημάτων ἐναλλάσσει, πάντα δὲ τὴν αὐτὴν τῆς γνώμης συμφωνίαν ἐπιδείκνυται. Δεῖ δὲ σαφῶς εἰδότας, ὡς οὐδὲν ἀνθρωπίνας ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ πάντα θεία σοφία καὶ μυτικῇ διδάσκει τοὺς ἑαυτοῦ, μὴ σαρκίνως ἀκροᾶσθαι τῶν λεγομένων, ἀλλὰ τὸν ἐν αὐτοῖς κεκρυμμένον νοῦν μετὰ τῆς ἀξίας Συτίστων καὶ συνέσεως ἐρευνᾷν καὶ καταμανθάνειν. Καὶ γὰρ τὰ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου δοκοῦντα ἡπλῶσθαι πρὸς τοὺς μαθητὰς τῶν ἥπιγμάτων ὑπερημένων οὐδὲν ἥττον, ἀλλὰ πλείονος ἔτι καὶ νῦν τῆς ἐπιτάσεως εὑρίσκεται δέομενα, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς Φρονίστως ἐν αὐτοῖς ὑπερβολήν. ὅπου δὲ καὶ τὰ νομιζόμενα ὑπ' αὐτοῦ διοῖχθαι τοῖς ἑστοῖς, καὶ αὐτοῖς τοῖς τῆς βασιλείας τέκνοις ὑπ' αὐτοῦ καλου-

μένοις, ἔτι χρῆσι Φροντίδος πλείονος, ἥπουγε τὰ δόξαντα μὲν ἀπλῶς ἐξενέχθαι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ διερωτημένα πρὸς τῷ ἀκουσάνταν, εἰς ὅλον δὲ τὸ τέλος αὐτὸ τῆς σωτηρίας διαφέρονταν, ἐσκεπασμένων δὲ Γαυματῷ καὶ ὑπερουρανίᾳ διαγοῖας βάθει, οὐκ ἐπικολαίως δέχεοθαι ταῖς ἀκοῖς προσῆκεν, ἀλλὰ καθίεντας τὸν νοῦν ἐπ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ σωτῆρος καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀπορρήτον.

6. Ηράτηται μὲν γὰρ ἡδεῖς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ ἑράτηνα καταλληλότατον αὐτῷ ἡ ζωὴ περὶ ζωῆς, ὁ σωτὴρ περὶ σωτηρίας, ὁ διδάσκαλος περὶ κεφαλαίου τῷ διδασκομένῳ δογμάτων, ἀλίθεια περὶ τῆς ἀληθινῆς ἀθανασίας, ὁ λόγος περὶ τοῦ πατρόφου λόγου, ὁ τέλειος περὶ τῆς τελείας ἀναπαύσεως, ὁ ἄφθαρτος περὶ τῆς βεβαίας ἀφθαρσίας. Ηράτηται περὶ τούτων περὶ ὧν καὶ κατελήλυθεν, ἀπαιδεύει, ἀδιδάσκει, ἀπέρχει, ἵνα δεῖξῃ τὴν τοῦ εὐαγγελίου ὑπόθεσιν, ὅτι δόσις ἔτην αἰσθίου ζωῆς προειδεῖ δὲ ὡς Θεὸς καὶ ἀμέλλει διερωτηθῆσθαι, καὶ ἀμέλλει τις αὐτῷ ἀποκρίνεσθαι. Τίς γὰρ καὶ μᾶλλον ἡ ὁ προφῆτης προφητῶν, καὶ κύριος παντὸς προφητικοῦ πνεύμ-

quae videntur simpliciter ab eo prolata, quae proinde nemo auditorum interrogavit, ut exponerentur, cum et conducant ad ipsum salutis finem, et mirandam ac supercoelestem altitudinem sensus habeant, non perfunctorie auribus haurienda sunt, sed ita ut ad ipsum Salvatoris Spiritum ac sententiae arcanum animum demissamus.

VI. Jucunda certe Domino nostro ac Salvatori oblata quaestio est, ipsi nimirum convenientissima. Nempe oblata quaestio Vitae de vita, Salvatori de salute, Magistro ac doctori de capite eorum, quae dogmate tradebantur, Veritati de vera immortalitate, Verbo de paterno verbo atque doctrina. Perfecto de perfecta requie, Incorruptibili de firma incorruptione. De illis oblata illi quaestio est, quorum etiam causa descenderat, quibus instituit, quae docet, quae praebet, ut ostendat evangelii argumentum esse, ut vita aeterna ipsa tribuatur. Praesciebat autem ut Deus, tum quae interrogandus erat, tum quae quisnam erat ipsi responsurus. Quis enim id potius fecerit quam propheta prophetarum, omnisque prophetici spiritus arbiter ac Dominus? Vocatus autem bonus, a primo hoc verbo

sumta occasione inde etiam doctrinam auspiciatur, convertens discipuli animum in Deum bonum, primumque ac solum vitae aeternae prebitorem, quam ab eo acceptam, nobis confert Filius.

VII. Itaque maxima et praecipua doctrinorum ad vitam spectantium, ab initio statim animo inferenda est; ut Deus aeternus esse et aeternorum dator, agnoscatur; primumque ac supremum, et unum ac bonum Deum, nobis per scientiam et comprehensionem vindicemus. Hoc enim immobile inconcussumque principium et principale vitae fulcimentum, scientia, Dei, qui vero est, et ea quae vere sunt (aeterna scilicet) largitur; ex quo etiam aliis provenit, ut esse accipient, eoque incolmia sint. Hujus quippe ignoratio mors est; cognitio vero et necessitudo atque amor in eum ductaque cum eo similitudo, sola vita existit.

VIII. Hunc ergo primum agnoscendum jubet ei, qui veram vitam sit aucturus: (*a*) Quam nemo novit nisi Filius, et cui Filius revelaverit. Exinde cognoscenda est magnitudo Salvatoris post illum novaque gratia, quodque juxta Apostolum,

(*a*) Matt. II. 17.

πνεύματος; κληθεὶς δὲ ἀγαθὸς, ἀπ' αὐτοῦ πρώτου τοῦ ρήματος τούτου τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν, ἐντεῦθεν καὶ τῆς διδασκαλίας ἀρχεται, ἐπιτέφεων τὸν μαθητὴν, ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ἀγαθὸν, καὶ πρῶτον καὶ μόνον ζῶντος αἰώνιου ταμίαν, ἵνα ὁ οὐλὸς διδωσιν ἡμῖν παρ' ἔκεινον λαβέν.

7. Οὐκοῦν τὸ μέγιστον καὶ κορυφαιότατον τῶν πρὸς τὴν ζωὴν μαθημάτων, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εὑθὺς ἐγκαταθέσθαι τῇ ψυχῇ δεῖ γγένει τὸν Θεὸν τὸν αἰώνιον, καὶ σωτῆρα αἰώνιον, καὶ πρῶτον, καὶ ὑπέρτατον, καὶ ἔνα, καὶ ἀγαθὸν Θεὸν κτίσαθαι διὰ γυνόσεως καὶ καταλήψεως. αὐτῷ γὰρ ἀτρεπτος καὶ ἀσάλευτος ἀρχὴ, καὶ κρητὶς ζῶν, ἐπιτήμητη Θεοῦ τοῦ ὄντως ὄντος, καὶ τὰ ὄντα, τούτεστι τὰ αἰώνια, δωρουμένου. ἐξ οὗ καὶ τὸ εἶναι τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει καὶ τὸ μεῖναι λαβεῖν. Ἡ μὲν γὰρ τούτου ἄγνοια Γάρατός ἐστιν, ἢ δὲ ἐπίγνωσις αὐτοῦ καὶ οἰκείωσις, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγάπη καὶ ἐξουμούσιος, μόνη ζωὴ.

8. Τοῦτον οὖν πρῶτον ἐπιγνῶνται τῷ ζητομένῳ τὴν ὄντως ζωὴν, παραχελεύεται, ὃν οὐδεὶς ἐπιγνώσκει, εἰ μὴ ὁ οὐλὸς, καὶ ὡς ὅτι ὁ οὐλὸς ἀποκαλύψῃ. ἐπειτα τὸ μέγεθος τοῦ σωτῆρος μετ' ἔκεινον καὶ

τὴν καπότητα τῆς χάριτος μαθεῖν, ὅτι δὲ κατὰ τὸν ἀπόστολον, ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο· καὶ οὐκ ἵσα τὰ διὰ διύλου πιστοῦ διδόμενα τοῖς ὑπὸ τοῦ γυνησίου ὑιοῦ διώρουμένοις. εἰ γοῦν ἴκανὸς ἦν ὁ Μωσέως νόμος ζωὴν ἀιώνιον παρασχεῖν, μάτην μὲν ὁ σωτήρ αὐτὸς παραγίνεται, καὶ πάσχει δὲ ἡμᾶς ἀπὸ γενέσεως μέχρι τοῦ σημείου τὴν ἀνθρωπότητα διατρέχων· μάτην δὲ ὁ πάσας πεποικὼς ἐκ νεότητος τὰς νομίμους ἐντολὰς, παρὰ ἄλλου ὥτε γονυπετῶν τὴν ἀθανασίαν. οὐδὲ γὰρ πεπλήρωκε μόνον τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ εὐθὺς ἀπὸ πρώτης ἡλικίας ἀρξάμενος. ἐπεὶ καὶ τί μέγα ἡ ὑπέρλαμπρος γῆρας ἀγονού ἀμαρτημάτων; ἀλλ’ εἴ τις ἐν σκιρτίματι νεοτοίω καὶ τῷ καύσων τῆς ἡλικίας παρέχηται Φρόνιμα πεπανὸν, καὶ πρεσβύτερον τοῦ χρόνου, Θαυματός οὗτος ἀγωνίστης καὶ διαπρεπής, καὶ τὴν γνώμην πολιώτερος. ἀλλ’ ὅμως οὗτος ὁ τοιούτος ἀκριβεῖς πέπισται, διότι αὐτῷ πρὸς μὲν δικαιοσύνην οὐδὲν ἐδεῖ, ζωῆς δὲ ὅλως προσδεῖ. διὸ αὐτὸν αἵτει παρὰ τοῦ δοῦναι μόνου δυναμένου. καὶ πρὸς μὲν τὸν νόμον ἀγει παρρησίαν, τοῦ θεοῦ δὲ τὸν ὑιὸν ἰκετεύει. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν μετατάσσεται. ὡς σφαλερᾶς

εἰ

lum, (a) Lex per Mosem data est; grata et veritas per Jesum Christum facta est: nec paria sunt, quae per servum fidelem data sunt, et quae a vero filio donata sunt. Denique si Mosis (b) lex sufficiens erat, ut vitam praestaret; frustra nimirum Salvator ipse adveniret, nostrique causa pateretur, ab ortu nativitatis ad crucem usque emenso humanae vitae curriculo. Frustra quoque, qui omnia Legis mandata (c) a juventute impleverat, ab alio, illi provolutus, immortalis vitae exposceret praemia. Neque enim solum legem servaverat, sed et a prima aetate in eam rem incubuerat. Quid enim magni aut egregii est, senectus non ita delictorum ferax? sed si quis lasciviente juventa et aetatis aestu maturum prae se sensum ferat, et quam pro temporis ratione senior appareat; hic plane admirandus ac praeclarus pugil, et judicio canus. Hic tamen cum tantus esset apprime noverat certusque erat, nihil sibi quidem ad justitiam deesse: omnino autem illi vita opus erat; idcirco praestari rogat ab eo, qui solus dare posit. At quidem ad Legem quod spectat, longe securus erat; Dei tamen filio supplicat. Ex fide in fidem

trans-

(a) Jo. 1. 17. (b) Gal. 2. 21. (c) Marc. 10. 20.

transfertur. Veluti qui non tuto in Legis navi-
gio jactaretur ac periculose stationem habue-
rat, ad Salvatorem transmittit.

IX. At vero Jesus non illum redarguit, quod Legis omnia non impleverit, quin etiam dili-
git, et quod iis, quibus fuerat institutus, stren-
ue obsecutus sit, passis ulnis amplectitur: ad
vitam tamen aeternam quod attinet, imperfec-
tum eum pronuntiat, quod ea quae pefectionis
sunt, non impleverit: ac Legis quidem opera-
rium dicit, verum in aeternae vitae rebus ces-
satorem. Bona quidem et illa: quis eat inficias?
Nam (*a*) mandatum sanctorum (*b*) hactenus ut
paedagogi cuiusdam vice cum timore fungatur
praeviaque institutione, ad sumnum Legis Jesu
verticem gratiamque procedens: (*c*) Plenitudo
vero Legis Christus ad justitiam omni credenti;
non qui ut servus servos faciat, sed et filios et
fratres et cohaeredes, Patris voluntatem fa-
cientes, praestet.

X. *d Si vis perfectus esse.* Nondum ergo per-
fectus erat: perfecto namque nihil perfectius
est. Ceterum praeclare illud atque divine, *Si*

yis,

(*a*) Rom. 7. 12. (*b*) Gal. 3. 24.

(*c*) Rom. 10. 4. *d* Matt. 19. 21.

ἐν νόμῳ σαλεύωται καὶ ἐπικινδύνως ναυλοχῶν, οἱ
τὸν σωτῆρα μεθορίζεται.

9. Οὐ γοῦν Ἰησοῦς οὐκ ἐλέγχει μὲν αὐτὸν, ὡς
πάντα τὰ ἐν νόμῳ μὴ πεπληρωότα, ἀλλὰ
καὶ αὐτῷ καὶ ὑπερασπάζεται τῆς ἐν οἷς ἔμα-
θεν εὐπειθείας ἀτελῆ δὲ εἶναι Φιστίν, ὡς πρὸς τὴν
αιώνιον ζωὴν, ὡς οὐ τέλεια πεπληρωότα· καὶ
νόμου μὲν ἐργάτην, αργὸν δὲ ζωῆς αἰλιθινῆς· καλὰ
μὲν κάκιαν. τίς δ' οὐ Φιστίν; Ἡ γὰρ ἐντολὴ ἡγία,
ἄχρι παιδαγωγίας τιὸς μετὰ Φόβου καὶ προ-
παιδείας, ἐπὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ νομοθεσίαν τὴν ἄκραν
καὶ χάριν, προχωροῦσα· πλήρωμα δὲ νόμου Χρι-
στὸς εἰς δικαιοσύνην πατήτι τῷ πιτεύοντι· οὐχὶ δὲ
δούλοις ποιῶν ὡς δοῦλος, ἀλλὰ καὶ οὐνούς καὶ
ἀδελφούς καὶ συγκληρονόμους, τοὺς ἐπιτελοῦν-
τας τὸ θέλημα τοῦ πατρός.

10. Εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι. οὐκ ἄρα πα-
τέλειος ἦν. οὐδὲν γὰρ τελείου τελεότερον. καὶ θέλεις
τὸ, εἰ θέλεις, τὸ αὐτεξόουσιον τῆς προσδιαλεγο-
μένης αὐτῷ ψυχῆς ἐδίλωσεν. ἐπὶ τῷ αὐθόπῳ
γὰρ ἦν ηἱ αἴρεσις, ὡς ἐλευθέρω· ἐπὶ θεῷ δὲ ηἱ
δόσις, ὡς κυρίῳ. δίδωσι δὲ βουλομένοις καὶ ὑπερ-

εσπουδακόσι καὶ δεομένοις, ἵνα οὐτως ἴδιος αὐτῶν ἡ σωτηρία γένεται. οὐ γάρ αἰναγκάζει ὁ Θεός, βίᾳ γάρ ἐχθρὸν θεῷ, αἷλλα τοῖς ζητοῦσι πορίζει, καὶ τοῖς αἴτοῦσι παρέχει, καὶ τοῖς ψρόνουσιν αἰνίγει. Εἰ Θέλεις οὖν, εἰ ὅντως Θέλεις, καὶ μὴ ἐαυτὸν ἐξαπατᾶς, κτῆσαι τὸ ἐνδέον. ἐν σοι λείπει, τὸ ἐν τῷ μένον, τὸ ἀγαθόν, τὸ ἥδη ὑπὲρ νόμον, ὅπερ νόμος οὐ δίδωσιν, ὅπερ νόμος οὐ χωρεῖ, ὃ τῶν Σώντων ἴδιος ἐγίνεται. ἀμέλει ὁ πάντα τὰ τοῦ νόμου πληρώσας ἐκ νεότητος καὶ τὰ ὑπέρογκα Φρυαξάμενος, ἐν τοῦτο πραθῆται τοῖς ὅλοις οὐ δεδύμηται, τὸ τοῦ σωτῆρος ἐξαίρετον, ἵνα λάβῃ Ζώνην αἰώνιον, ἵνα ἐπόθει. ἀλλὰ δισχεράνας ἀπῆλθεν, ἀχθεοθεῖς τῷ παραγγέλματι τῆς Ζώνης, ὑπὲρ τῆς ικέτευσης. οὐ γάρ ἀληθέας Ζώνην ἔθελεν, ὡς ἐφασκεν, ἀλλὰ δόξαν προσιρέσσως ἀγαθῆς μόνην περιεβάλλετο· καὶ περὶ πολλὰ μὲν οἶστε τῇ ἀσχολεῖσθαι, τὸ δὲ ἐν, τὸ τῆς Ζώνης ἔργον ἀδύνατος καὶ ἀπρόθυμος καὶ ἀσθετὸς ἐκτελεῖν. ὅποιον τι καὶ πρὸς τὴν Μαρθανίαν εἴπειν ὁ σωτήρ ἀσχολουμένην πολλὰ καὶ περιελκομένην καὶ ταρασσομένην διακονικῶς· τὴν δὲ ἀδελφὴν αἰτιωμένην, ὅτι τὸ ὑπηρετεῖν ἀπολιποῦσα, τοῖς ποσὶν αὐτοῦ παρακάθηται, μαθητικὴν ἄγουστα σχολήν. σὺ περὶ πολλὰ ταράσσοη, Μα-

yis, colloquentis animae liberam arbitrii facultatem ostendit: in homine quippe, tanquam libero, libera erat voluntatis electio: in Deo autem dare, tanquam Domino atque arbitro. Dat autem volentibus et summo studio adnitentibus et orantibus; ut sic illorum propria existat salus. Neque enim Deus cogit (vis enim inimica est Deo), sed quaerentibus tribuit, et petentibus praebet, ac pulsantibus aperit. Si vis igitur, si vere vis, et te ipsum non fallis, illud compara quo deficeris. Unum tibi deest; illud unum quod manet, quod bonum est, quod jam supra Legem est, quod Lex non dat, quod Lex non capit, quod viventium proprium est. Denique qui totam Legem a juventute impleverat, et qui de se sic magna atque superba locutus erat, unum hoc omnibus parare nequivit, quod Salvatoris singulare est, ut vitam aeternam, cuius eum desiderium incesserat, arriperet: sed tristis abiit, vitae mandato gravatus, cuius gratia supplicatum venerat. Non enim vere vitam ambiebat, ut verbis praeferebat, sed bona duntaxat voluntatis opinionem aucupabatur: ac quidem circa multa sollicitus esse poterat, unum vero illud, opus illud salutis ut perficeret, non valebat: inque rem supinus et in-

firmus erat. Sicut enim Marthae dixit Dominus, cum in multis esset sollicita, et ministrandi cura distraheretur ac turbaretur; sororique vitio daret, quod relicto ministerio, federet ad pedes ejus, discipulae otium captans: (a) *Tu erga multa turbares: Maria autem optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea.* Ita hunc quoque negotiosa occupatione omissa, uni tantum adhaerere jubet, ejusque assidere gratiae, qui ipse vitam aeternam proponeret.

XI. Quid ergo fuit, quod illi fugam suasit, fecitque ut se a magistro, a supplicatione, a spe, a vita, a laboribus, quibus jam perfunctus erat, subduceret? Nempe, *vende quae habes.* Quid vero hoc sibi vult? Haud sane, quod quidam obvio statim sensu accipiunt, facultates projici jubar et pecunias a se amovere; sed quae de divitiis vanae opiniones sunt, animo exterminare, effraenem erga eas libidinem et insanum earum studium, sollicitudines, seculi spinas, quae suffocant vitae semen. Haud enim magnum dignumque aemulatione, si sine ullo fructu et spe vitae sit, divitiis carere: sic namque qui nihil prorsus habent, sed omni destituti vitae solatio, quotidiani

(a) *Luc. 10. 41.*

ρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, καὶ οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπὸ αὐτῆς. οὕτω καὶ τοῦτον ἐκέλευ τῆς πολυπραγμοσύνης ἀφέμενον, ἐν προσετηκέναι καὶ προσκαθέζεσθαι τῇ χάριτι τοῦ ζωῆς αἰώνιον προτιθέντος.

II. Τί τοίνυν ἢ τὸ προτρεψάμενον αὐτὸν εἰς Φυγὴν, καὶ ποίουσαν ἀπαυτομολῆσαι τοῦ διδαχάλου, τῆς ικετείας, τῆς ἐλπίδος, τῆς ζωῆς, τῶν προπεπονημένων; πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου. Τί δὲ τοῦτο ἐτίν; οὐχ ἡ προχείρως δέχοται τινες, τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἀπορρίψαι προστάσσει καὶ ἀποστῆναι ἀπὸ τῶν χρημάτων ἀλλὰ τὰ δόγματα περὶ χρημάτων ἔξορίσαι τῆς Ζωῆς, τὴν περὶ αὐτὰ πτοίαν καὶ νόσον, τὰς μερίμνας, τὰς ἀλάθας τοῦ Βίου, αἱ τὸ σπερμα τῆς ζωῆς συμπνίγουσιν. οὔτε γὰρ μέγα καὶ Συλωτὸν τὸ τηνάλλως ἀπορεῖν χρημάτων μὴ ἐπὶ λόγῳ ζωῆς οὔτω μὲν γὰρ ἀνήσαν οἱ μηδὲν ἔχοντες μηδαμῆ, ἀλλὰ ἔρημοι καὶ μεταίται τῶν ἐφ' ημέραν, οἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐρριμμένοι πτωχοί, ἀγνοῦτες δὲ Θεὸν καὶ δικαιοσύνην Θεοῦ, κατ' αὐτὸν μόνον τὸ ἄκρως ἀπορεῖν καὶ αἰματαγενῆ Βίου καὶ τῶν ἐλαχίστων σπανίζειν, μακαριώτατοι καὶ

Θεοφιλέτατοι, καὶ μόνοι ζωὴν ἔχοντες αἰώνιον.
οὐτε καὶ τὸ ἀπείπασθαι πλοῦτον καὶ χαρί-
σασθαι πτωχοῖς ή πατρίσιν, ὃ πολλοὶ πρὸ τῆς
τῶν σωτῆρος καθόδου πεποίκασιν, οἱ μὲν τῆς
εἰς λόγους σχολῆς καὶ νεκρᾶς σοφίας ἐνεκεν, οἱ
δὲ φίμης κενῆς καὶ κενοδοξίας, Ἀναξαγόραι καὶ
Δημόκριτοι καὶ Κράτυτες.

12. Τί δῦν ὡς καὶ νόον, ἴδιον Θεοῦ παραγγέλ-
λαι καὶ μόνον ζωοποιὸν, ὃ τοὺς προτέρους οὐκ
ἔσωσεν; τί δὲ ἐξαίρετόν τι ή καίνη κτίσις, ὃ
νίος τοῦ Θεοῦ μηνεῖ καὶ διδάσκει; οὐ τὸ Φα-
νόμενον, ὅπερ ἄλλοι πεποίκασι, παρεγγυᾶ,
ἄλλο ἔτερόν τι διὰ τούτου σημανόμενον μεῖζον
καὶ Θεοτερον καὶ τελεώτερον, τὸ τὴν ψυχὴν αὐ-
τὴν καὶ τὴν διάθεσιν γυμνῶσαι τῶν ἀπὸ τῶν πα-
θῶν καὶ πρόρρητα τὰ ἀλλότρια τῆς γνώμης ἐκ-
τείνειν καὶ ἐκβαλεῖν. τούτο γάρ ίδιον μὲν τοῦ
πιστοῦ τὸ μάθημα, ἀλλιού δὲ τοῦ σωτῆρος τὸ
διδάγμα. οἱ γάρ τοι πρότερον καταφρονίσαντες
τῶν ἔκτος, τα μὲν κτίματα αἴφηκαν καὶ πα-
ραπλέσαν, τα δὲ πάθη τῶν ψυχῶν οἷμαί θεῖ
καὶ προσεπέτειναν. εν ὑπεροψίᾳ γάρ ἐγένοντο καὶ
ἀλλορεῖα καὶ κενοδοξία καὶ περιφροτοτει τῶν αλ-

diani mendici per vias inopes projecti sunt, cum
et Deum ignorent Deique justitiam, ea duntaxat
ratione, quod extrema premantur pauperate,
omniisque vitae subsidio careant, ac vel minimis
deficiantur, omnium beatissimi esent ac religio-
fissimi, solique compotes vitae aeternae. Nec
nova res abdicare divitias, et in pauperes atque
patriam elargiri; quod et multi ante Salvatoris
adventum praestiterunt, qua ut literarum stu-
diis mortuaeque sapientiae vacarent, quae ut
inani jactantia nominis claritatem ac gloriolae
curam captatent, Anaxagorae, Democriti,
Cratetes.

XII. Quid igitur ut novum Deique proprium
jubet, ac solum ejusmodi ut vivificare queat,
quod antiquis salutem non attulit? Quid vero est
adeo eximium, quod nova creatura, Dei filius,
praecipit ac docet? Non hoc mandat, quod in
aspectum cadit, quod alii fecere; sed aliud quid
majus divinusque et perfectius, quod illo signi-
ficatur: ut animum scilicet affectumque per tur-
bationibus nudemus, ac quae aliena sunt, radi-
citus a mente exscindamus et ejiciamus. Hoc
nimirum viri fidelis prorium documentum, di-
gnaque Salvatore doctrina. Antiqui enim con-
temtis exterioribus, possessiones quidem reli-
que-

querunt et amiserunt; sed animi perturbationes arbitror et auxerunt. Superbi enim ex hoc et elati evaserunt, inanis gloriae pleni, et qui reliquorum contemptu ducerentur, quasi ipsi aliquid supra hominem ges sisent. Quomodo igitur Salvator in aeternum victuris praeciperet, quae sint nocitura labemque allatura, quod attinet ad vitam, quam sancte pollicetur? Nam etsi illud contingit, potest quis deposito facultatum onere, nihilominus adhuc pecuniarum cupiditatem ac sitim animo inolitam vigentemque habere: et usum quidem abjecisse, indigentia tamen simuli que desiderio dilapidatae rei familiaris, dupliciter dolere, tum nimirum quod desint necessaria servitia, tum quod ea abjecisse poeniteat. Fieri enim non potest, nec secus unquam fiat, ut cui desint necessaria, quibus vitam sustentet, non animo frangi aique a posterioribus sollicita mente avocetur, dum quovis modo, aut unde vis, haec parare conatur.

XIII. At quanto satius oppositum, ut per opes mediocres et ipse mala non toleret, et quibus oportet suppeditet. Quae enim jam apud homines reliqua communicatio sit, si nemo quicquam habeat? Quomodo vero dogma hoc non aperte pugnet cum multis aliis ac praclaris, quae Do-

mi-

λων ανθρώπων, ὡς αὐτοί τι ὑπὲρ ἀνθρώπου ἐργασάμενοι. Πᾶς δὲ οὖν ὁ σωτήρ παρένει τοῖς αἰτιωσομένοις τὰ βλάφοντα καὶ λυμανούμενα πρὸς τὴν ζωὴν, ἢν ἐπαγγέλλεται; καὶ γὰρ δὲ κακεῖνό ἐστι δύναται τις ἀποφορτισάμενος τὴν κτῆσιν, οὐδὲν δέ τον ἔτι τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ὄρεξιν τῶν χρημάτων ἔχειν ἐντετρυῖν καὶ συζωσαν καὶ τὴν μὲν χρῆσιν ἀποβεβληκέναι, ἀπορῶν δὲ ἄμα καὶ ποθῶν ἀπερ ἐσπάθησε, διπλῇ λυπεῖσθαι, καὶ τῇ τῆς ὑπηρεσίας ἀπουσίᾳ καὶ τῇ τῆς μετανοίας παρουσίᾳ. ἀνέφικτον γὰρ καὶ ἀμίχανον, δεόμενον τῶν πρὸς τὸ βιοτένειν ἀναγκαίων μὴ οὐ κατακλύσθαι τὴν γύμνην καὶ ἀσχολίαν ἀγενοῦ ἀπὸ τῶν κρειττόνων, διπλῶν καὶ θεοῦν ταῦτα πειρώμενον ἐκπορίζειν.

13. Καὶ πόσῳ χρησιμώτερον τὸ ἐναντίον, ικανὰ κεκτημένον αὐτὸν τε περὶ τὴν κτῆσιν μὴ κακοπαθεῖν, καὶ οἷς καθῆκεν ἐπικουρεῖν; τις γὰρ δὲ κοινωνία καταλείποιτο παρὰ ανθρώποις, εἰ μηδεὶς ἔχοι μηδέν; πῶς δὲ τοῦτο τὸ δόγμα πολλοῖς ἄλλοις καὶ καλοῖς τοῦ χωρίου δόγμασι οὐχὶ Φανέρως ἐναντιούμενον εὑρίσκοιτο καὶ μαχόμενον; ποίησε

C

σατε ἔσυτοις Φίλους ἐκ τοῦ μαμμωτᾶ τῆς ἀδι-
χίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς
αἰώνιους σκηνάς. κτήσασθε Θησαυρούς ἐν οὐρανῷ,
ὅπου μήτε σὸς μήτε βρῶσις ἀφανίζουσι, μήτε
χλέπται διορύσσουσι. πῶς ἂν τὶς πεινῶντα τρέ-
φοι, καὶ διψῶντα ποτίζοι, καὶ γυμνὸν σκεπά-
ζοι, καὶ ἀγέγον συνάγοι, ἢ τοῖς μὴ ποιόσσοις
ἀπειλεῖ πῦρ καὶ σκότος τὸ ἔξωτερον, εἰ
πάντων αὐτὸς ἔκαστος Φθάνοι τούτων ὑπερῷ;
ἄλλὰ μὴν αὐτὸς τε ἐπιξεκούσθαι Ζακχαίῳ κε-
λεύει καὶ Ματθαίῳ τοῖς πλουσίοις καὶ τελώναις.
καὶ τὰ μὲν χρήματα αὐτοὺς οὐ κελεύει μετεῖ-
ναι, τὴν δὲ δικαίαν κρίσιν ἐπιθεῖς, καὶ τὴν ἄδι-
κον ἀφελῶν, καταλέγει σήμερον σωτηρία τῷ
οἴκῳ τούτῳ. οὕτως τὴν χρέιαν αὐτῶν ἐπαινεῖ,
ἄγε καὶ μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης τὴν
κοινωνίαν ἐπιτάσσει, ποτίζει τὸν διψῶντα,
ἄρτον διδόναι τῷ πεινῶντι, ὑποδέχεσθαι τὸν
ἀγέγον, ἀμφιεῖν τὸν γυμνόν. εἰ δὲ τὰς
χρεῖας οὐχ οἷον τε ἐκπληροῦν ταύτας μὴ ἀπὸ
χρημάτων, τῶν δὲ χρημάτων ἀφίσασθαι κε-
λεύει, τι ἀτί ἔτερον εἴη ποιῶν ὁ κύριος, ἢ τὰ
αὐτὰ διδόναι τε καὶ μὴ διδόντες παραινεῖν, τρέ-
φειν τε καὶ μὴ τρέφειν, ὑποδέχεσθαι καὶ ἀπο-
χλεῖ-

minus sanxit rataque voluit? (a) *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* (b) *Parate thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea demoluntur, neque fures effodiunt.* (c) *Quanam quis ratione esurientem alat, sitienti potum det, nudum contebat, peregrinum colligat, quae nisi quis faciat, ignem comminatur et tenebras extiores, si quisque ipse prior horum omnium egenus extiterit?* Quin et ipse excipi se hospitio a (d) *Zacchaeo jubet et Mattheo, qui divites essent et publicani.* Ac quidem dimittere eos pecunias non jubet; sed adjecto justo judicio ablatoque injusto, subjungit: *Hodie salus huic domui.* Sic vero laudat pecuniarum usum, ut et cum hac adiunctione communicationem praecipiat, potum dare sitienti, esurienti panem praebere, peregrinum fuscipere, nudum vestire. Quod si haec nemo munia absque pecuniis expiere potest, jubarque ut divertio facto illas relinquamus; quid aliud quaequo facit Dominus, quam ut eadem dari et non dari jubeat, alere et non alere, fuscipere et

(a) *Luc. 16. 9.*(b) *Matt. 6. 19.*(c) *25. 35.*(d) *Luc. 5. 29. et 19. 5.*

et non suscipere, communicare et non communi-
care? Quod omnium insultissimum est.

XIV. Non ergo abjicienda sunt opes, quae
et in proximi cedant utilitatem: etenim posses-
siones dicuntur, quia earum ea indoles est ut
possideantur; insuper opes appellantur quia
opem ferunt, et humanis usibus sunt accommo-
datae. Porro divitiae ac opes praesto sunt subja-
centque velut materia quaedam et istrumentum,
boni usus praestandi causa, his qui vim instru-
menti sciant. Si ex artis rationibus utaris, arti-
ficiale est; si arte careas, imperitiae tuae labem
contrahit, cum sit ipsum ab omni immune culpa.
Tales divitiae quoque sunt; instrumentum sunt.
Potes illis uti, justitia comite? Ad justitiam mi-
nistrae sunt. Utitur quis illis, ea non comite?
Ministrae rursus fiunt injustitiae. Divitiis enim
ex indole est ut inserviant, non ut praeasant aut
imperent. Cum igitur opes ex se neque bonum
neque malum habeant, atque omni vacent cri-
mine, haud ipsae vituperandae sunt; sed quod
suo arbitratu, et a se illis bene aut male uti
potest; mens scilicet humana ac judicij facul-
tas, cui liberum sit qua ratione uti velit illi ad
usum concessis. Nemo igitur divitias et opes,
et non magis affectus ac perturbationes de-
struat

χλείειν, κοινωνεῖν καὶ μὴ κοινωνεῖν, ὅπερ ἀπάγ-
ται ἀλογώτατον.

I4. Οὐκ ἄρα ἀπορρίπτεον τὰ καὶ τὸς πί-
λας ὠφελοῦντα χρήματα. κτίματα γάρ εἰ-
κτητὰ ὄντα, καὶ χρήματα χρήσιμα ὄντα καὶ
εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων παρεσκευασμένα ὑπὸ τοῦ
Θεοῦ· ἀ δὴ παράκειται καὶ ὑποβέβληται καθά-
περ ὑλη τὶς καὶ ὄργανα πρὸς χρῆσιν ἀγαθὸν τοῖς
εἰδόσις τὸ ὄργανον. ἐὰν χρῆ τεχνικῶς, τεχνικόν εἴτε
ἐὰν ὑπερῆ τῆς τέχνης, ἀπολαύει τῆς σῆς ἀμούσιας
ἢ ἀναίτιον. Τοιοῦτον καὶ ὁ πλοῦτος ὄργανον εἴτε
δύνασαι χρῆσθαι δικαῖος αὐτῷ; πρὸς δικαιοσύνην
καθικηρετεῖ· ἀδίκως τὶς αὐτῷ χρῆται; πάλιν
ὑπηρέτης ἀδίκιας εὑρίσκεται. πέφυκε γάρ ὑπηρε-
τῶν, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν. οὐ χρὴ τοίνυν τὸ εὖ
ἔαυτοῦ μὴ ἔχον μήτε τὸ ἀγαθόν, μήτε τὸ κακόν,
ἀναίτιον δὲ αἰτίασθαι, ἀλλὰ τὸ δυνάμενον καὶ
καλῶς τούτοις χρῆσθαι καὶ κακῶς, ἀφ' ὧν ἀν-
έληται καθ' αὐτό. τοῦτο δέ εἴτε νοῦς ἀνθρώπου
καὶ κριτήριον, ἐλεύθερον ἔχον ἐν ἔαυτῷ καὶ τὸ
ἀντεξόσιον τῆς μεταχειρίσεως τῶν θεούντων. ὅτε
μὴ τὰ κτίματά τις ἀφανίζετω μᾶλλον ἢ τὰ
πάθη τῆς ψυχῆς, τὰ μὴ συγχωροῦντα τὴν ἀμείνων

Χρῆσιν τῶν ὑπάρχοντων ἵνα καλὸς καὶ ἀγαθὸς γενόμενος καὶ τούτοις τοῖς χρήμασι χρῆσθαι δυνηθῇ καλῶς. τὸ οὖν ἀποτάξασθαι πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι καὶ πωλῆσαι πάντα τὰ ὑπάρχοντα, τούτοις τὸν τρόπον ἐκδεκτέον ὡς ἐπὶ τῶν ψυχικῶν παθῶν εἰρημένον.

15. Εγὼ γοῦν κακένο Φίσαμι ἀν. ἐπειδὴ τὰ μὲν ἐντός ἔστι τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ ἐκτὸς κανὸν μὲν ἡ ψυχὴ χρῆται καλῶς, καλὰ καὶ ταῦτα δοκεῖ ἐάν δὲ πονηροίς, ποτρά. ὁ κελεύων ἀπαλλοτριοῦν τὰ ὑπάρχοντα, πότερον ταῦτα παραιτεῖται, ὥν ἀναιρεθέντων ἔστι τὰ πάθη μέντοι ἡ ἐκεῖνα μᾶλλον, ὥν ἀναιρεθέντων καὶ τὰ κτήματα χρήσιμα γίνεται; εἰ τοίνυν ὁ ἀποβαλλὼν τὴν κοσμικὴν περιουσίαν, ἔστι δύναται πλουτεῖν τῶν παθῶν, καὶ τῆς ὅλης μὴ παρουσοῦς ἡ γάρ τοι διάθεσις τὸ αὐτῆς ἐνεργεῖ καὶ τὸν λογισμὸν ἄγχει, καὶ πίεζει, καὶ Φλεγμαίνει ταῖς συντρόφοις ἐπιθυμίαις· οὐδὲν οὖν προύργου γέγονεν αὐτῷ πτωχεύειν χρημάτων, πλουτοῦντι τῶν παθῶν. οὐ γάρ τὰ ἀπόβλητα ἀπέβαλεν, ἀλλὰ τὰ αἰδίαφορα καὶ τῶν μὲν ὑπηρετικῶν ἑαυτὸν περιέκαψε, ἐξέκαυσε δὲ τὴν ὅλην τῆς κακίας τὴν ἔμ-

struat, per quas non liceat uti facultatibus in bonum virtutis; quo nimirum bonus quis ac probus effectus, his quoque divitiis ac pecuniis probe exque honesti ratione uti posse. Quod igitur cunctis opibus renunciare jubemur, et ut quae in censu sunt, omnia vendamus; in hunc modum intelligendum est, ut de affectibus animi ac perturbationibus dictum accipiatur.

XV. Ego certe illud etiam addiderim. Quandoquidem alia quidem extra animum, alia intus inque anima sunt; ac si quidem animus illis bene honesteque utatur, illis quoque bona honestaque videntur; sin autem male, mala: num quaeso qui facultates abalienare jubet, has magis reputat, quibus sublatis adhuc vitia manent ac perturbationes; an vero illas, quibus pereuntis ipsae quoque utiles divitiae fiant? Si quidem igitur abjectis quis secularis fastus divitiis, vitorum adhuc ac affectuum segete dives esse potest, tametsi terrena substantia ei non suppetit (cupiditas enim quod suum est agit, animumque velut praefocat angitque et premit, alumnisque ac inolitis desideriis accendit) nihil plane ei profuit, quod egenus divitiis factus est, qui vitiis et affectibus diyes sit. Non enim ea abjecit quae abjicienda erant; sed quae promiscui usus: ac

sibi quidem servitia abstulit, innatam vero libidine vitiique materiam exteriori penuria succedit. Renunciandum ergo facultatibus quae noxiae sint, non iis rebus quae si quis rectum usum attenderit, conducere etiam possint. Conducunt vero quae prudentia comite et sobrietate ac pietate dispensantur. Porro ea submovenda quae noxia: quae autem foris sunt, ea nihil damni afferunt. Sic igitur Dominus etiam exteriorum usum insinuat, jubens ponere non ea, quibus vita sustentatur; sed quae illis male utantur, aegritudines animi vitiaque seu affectus.

XVI. Horum copia ipsa quidem suppetens, cunctis mortifera est; et si pereat, salutis causa est. Ab ea mundam, hoc est, pauperem nudam. que animam praestare decet, sique jam Salvatorem audire dicentem; (*a*) *Veni, sequereme.* Via enim ipse tunc fit, habenti cor purum: in impuram autem animam, Dei gratia non subit. Impura autem est quae desideriis dives, multisque amoribus, iisque secularibus foeta est atque parturit. Nam qui possessionibus locuples, aurumque et argentum et domos tanquam Dei dona habet, Deoque largitori in hominum salutem ex eis ob-

se.

(*a*) *Marc. 10. 21.*

έμφυτον τῇ τῶν ἐκτὸς ἀπορίᾳ. ἀποτακτέον οὐ τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς βλαβεροῖς, οὐχὶ τοῖς, ἐὰν ἐπιτῆται τὶς τὴν ὄρθην χρῆσιν, καὶ συκοφελεῖν δυγαμένοις. ὥφελεὶ δὲ τὰ μετὰ Φρονήσεως καὶ σωφροσύνης καὶ εὐσεβίας οἰκονομούμενα. ἀπωτέα δὲ τὰ ἐπιζήμια· τὰ δὲ ἐκτὸς, οὐ βλάπτει. οὔτως οὐν ὁ κύριος καὶ τὴν τῶν ἐκτὸς χρέιαν εἰσάγει, κελεύων ἀποθέσθαι οὐ τὰ βιωτικὰ, ἀλλὰ τὰ τούτοις κακῶς χρώμενα· ταῦτα δὲ τὰ τῆς ψυχῆς ἀρρωτήματα καὶ πάθη.

16. Οἱ τούτων πλοῦτος παρὸν μὲν ἀπασι Γανατηφόρος, ἀπολλύμενος δὲ, σωτήριος. οὐ δεῖ καθαρεύεσθαι, τουτέτι πτωχεύεσθαι καὶ γυμνὴν τὴν ψυχὴν παρασχόμενον, οὔτως ἡδη τοῦ σωτῆρος ἀκοῦσαι λέγοντος· δεῦρο ἀκολούθει μοι. ὁδὸς γὰρ αὐτὸς ἡδη τῷ καθαρῷ τὴν καρδίαν γίνεται· εἰς δὲ ἀκάθαρτον ψυχὴν, Θεοῦ χάρις οὐ παράδεται. ἀκάθαρτος δὲ οὐ πλουτοῦσα τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ ὠδίνουσα πελλοῖς ἔρωσι καὶ κοσμιοῖς. οὐ μὲν γὰρ ἔχων κτήματα, καὶ χρυσὸν καὶ ἀργυροῦ, καὶ οἰκίας ὡς Θεοῦ δωρεᾶς καὶ τῷτε διδόντι Θεῷ λειτουργῶν ἀπ' αὐτῶν εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν· καὶ εἰδὼς, ὅτι ταῦτα κέκτηται διὰ

C 5

τοὺς

τοὺς ἀδελφὸὺς μᾶλλον ἢ ἑαυτὸν καὶ κρέττων ὑπέρχων τῆς οἰκίσσεως αὐτῶν, μὴ δοῦλος ὁν κέκτηται, μηδὲ ἐν τῇ ψυχῇ ταῦτα περιφέρων, μηδὲ ἐν τούτοις ὅρίζων καὶ περιγράφων τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν, ἀλλὰ τι καὶ καλὸν ἔργον καὶ θεῖον ἀεὶ διαπονῶν κανὸν ἀποστρέψθιναι δέη ποτὲ τούτων, δυνάμενος ἵλεα τῇ γνώμῃ, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῶν ἐνεγκεῖται ἐξ Ἰησοῦ, καθάπερ καὶ τὴν περιουσίαν οὗτος ὁ μακαρίζομενος ὑπὸ τοῦ χυρίου, καὶ πτωχὸς τῷ πνεύματι καλούμενος, κληρονόμος ἔτοιμος οὐρανοῦ βασιλείας, οὐ πλούσιος ζῆσαι μὴ δυνάμενος.

17. Ο δὲ ἐν τῇ ψυχῇ τὸν πλοῦτον Φέρων, καὶ ἀντὶ θεοῦ πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ χρυσὸν Φέρων ἡ ἀγρὸν, καὶ τὴν οἰκίσσην ἄμετρον ἀεὶ ποιῶν, καὶ ἐκάποτε τὸ πλεῖστον βλέπων, κάτω νευεκὼς καὶ τοῖς τοῦ κόσμου Θηράτροις πεπεδημένος, γῆ ᾧ καὶ εἰς γῆν ἀπελευθόμενος, πόθεν δύναται βασιλείας οὐρανῶν ἐπιθυμῆσαι καὶ Φροντίσαι, ἀνθρώπος οὐ καρδίαν, ἀλλὰ ἀγρὸν ἡ μέταλλον Φορῶν, ἐν τούτοις εὑρεθησόμενος ἐπάναγκης ἐν οἷς ἐίλετο; ὅπου γὰρ ὁ νεῦς τοῦ ἀνθρώπου, ἐκεῖ καὶ ὁ Θησαύρος αὐτοῦ. Θησαύρους δέ γε ὁ κύριος οἶδε διττοὺς τὸν

sequitur; novisque fratrum potius causa, quam in sui gratiam haec a se possideri; animoque quam pro illorum possessione praestantior, non ut servus hisque mancipatus, ea possidet; neque animo circumfert, nec eis vitam suam definit ac circumscribit, sed et honesti aliquid operis atque divini in laboris partem semper assumit, et si quando necesse fuerit illis privari, placido animo parique hilaritate eorum jacturam ferre potest ac abundantiam: hic ille est qui a Domino (a) beatus praedicatur, et pauper Spiritu vocatur, expeditus haeres regni coelorum, non qui divitiarum impatiens earum cultu vivere non potest.

XVII. At qui fert opes in animo, et loco Spiritus Dei fert aurum in corde sive agrum, nulloque iis adhibito modo praedia et possessiones semper auget, ac quotidie alia pluraque animo cogitat, in terram pronus cernuusque, ac mundi laqueis irretitus, qui terra sit et in terram reversurus sit: unde is regni coelorum desiderio accendatur ac ejus cura affici possit; homo scilicet, qui non cor, sed agrum aut metallum gerat, quem plane necesse sit in iis deprehendi, quorum amore captus existit. (b) Ubi enim est mens hominis, ibi et thesaurus ejus est. Duplicem

por-

(a) Matt. 5. 3. (b) Matt. 6. 21.

porro thesaurum novit Dominus, alterum bonum; (*a*) Bonus enim homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: alterum malum, *Malus* enim de malo thesauro profert malum: ex abundantia enim cordis os loquitur. Quemadmodum igitur thesaurus non unus apud eum, velut etiam se res apud nos habet, quo scilicet invento, repente ingens lucrum ostendenti praestatur; sed et alius est nullius frugis, nihilque expetendus, infastiae possessionis atque damnosus: sic sunt quoque bonorum, deque malorum genere, divitiae; siquidem divitias et thesaurum haud inter se natura dirimi scimus. Ac quidem erant divitiae merito possidenda ac amplexandae, itemque ne dignae quidem quae possideantur ac respuendae. Ad eundem modum etiam paupertas spiritalis quidem beata praedicanda; unde adjectit Mattheus, (*b*) *Beati pauperes*. Quo id modo? *Nimirum pauperes spiritu*. Ac rursus, (*c*) *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam Dei*. Iigitur miseri pauperes contrariae indolis, qui Dei expertes magisque expertes humanarum facultatum, Dei justitiam ne quidem delibarunt.

XVIII. Divites ergo qui difficile intrabunt in regnum coelorum subtilius ac erudite intelligentes

(*a*) Matt. 12. 35. (*b*) Matt. 5. 3. (*c*) v. 6.

τὸν μὲν ἀγαθὸν ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ Θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὸ ἀγαθόν. τὸν δὲ πονηρὸν ὁ γὰρ κακὸς ἐκ τοῦ κακοῦ Θησαυροῦ προφέρει τὸ κακόν, ὅτι ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ σώμα λαλεῖ. Ὡσπερ οὖν Θησαυρὸς οὐχ εἰς παρ' αὐτῷ καθό καὶ παρ' ήμῖν, ὁ τὸ αιφνίδιον μέγα κέρδος ἐν εὐρέσει διδοὺς ἀλλὰ καὶ δεύτερος ὁ ἀκερδῆς καὶ ἀξιηλος καὶ δύσκοτητος καὶ ἐπιζήμιος οὕτω καὶ πλοῦτος ὁ μὲν τις ἀγαθῶν, ὁ δὲ κακῶν εἴ γε τὸν πλοῦτον καὶ τὸν Θησαυρὸν οὐκ ἀπορτημένους ἴσμεν ἀλλήλων τῇ φύσει. καὶ ὁ μὲν τις πλοῦτος αὐτοῦ καὶ περίβλητος, ὁ δὲ ἀκτητος καὶ ἀπόβλητος. τοὺς αὐτὸν δὲ τρόπου καὶ πτωχεία μακαριστὴ μὲν ἡ πνευματικὴ διὸ καὶ προσέθηκεν ὁ Ματθαῖος, μακάριοι οἱ πτωχοὶ πῶς; τῷ πνεύματι καὶ πάλιν, μακάριοι οἱ πενῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ. οὐκοῦν ἄθλιοι οἱ ἐναντίοι πτωχοὶ, Θεοῦ μὲν ἄμοιροι, ἀμοιρότεροι δὲ τῆς ἀνθρωπίνης κτίσεως, ἄγευτοι δὲ δικαιοσύνης Θεοῦ.

18. "Ωστε τοὺς πλουσίους μαθηματικῶς ἀκούγεον, τοὺς δυσκόλως εἰσελευσομένους εἰς τὴν βα-

σιλείαν μὴ σκαῖς μηδὲ ἀγροίκως μηδὲ σαρ-
χίνως. οὐ γὰρ οὔτες λέλεκται, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς
ἐκτὸς ἡ σωτηρία, οὔτε εἰ πόλλα, οὔτε εἰ ὄλιγα
ταῦτα, ἢ μικρά ἢ μεγάλα, ἢ ἔνδοξα ἢ ἄδοξα,
ἢ εὐδόκιμα ἢ ἀδόκιμα· ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῆς ψυ-
χῆς ἀρετῇ, πίστῃ, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ,
καὶ φιλαδελφίᾳ, καὶ γνώσει, καὶ πραότητι,
καὶ ἀτυφίᾳ καὶ ἀληθείᾳ, ὃν ἀθλον ἡ σωτηρία.
οὐδὲ γὰρ διὰ κάλλος σώματος ζήσεται τις,
ἢ τούναρτίου ἀπολεῖται ἀλλ' ὁ μὲν τῷ δο-
θέντι σώματι, ἀγνῶς καὶ κατὰ θεὸν χρόμενος,
ζήσεται. ὁ δὲ Θείρων τὸν ναὸν θεοῦ, Φθαρίστ-
ται. δύναται δέ τις καὶ αἰσχρὸς ἀσελγαίνειν,
καὶ καλὸς σωφροτέν. οὐδὲ τῶν μελῶν οὐδὲν ἀπολ-
λύει ἀλλ' ἡ τούτοις ψυχὴ χρωμένη τὴν αἰτίαν
ἐφ' ἑκάτερα παρέχεται. ὑπόφερε γοῦν, Φησί,
παιόμενος τὸ πρόσωπον ὅπερ δύναται καὶ ἰσχυ-
ρός τις ἦν ἀκρατίᾳ γνώμης παραβῆναι.
οὔτω καὶ ἀπορός τις αὖ καὶ ἀβίος εὑρεθείν ποτ'
ἀν μεθύων ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ χρήμασι πλού-
σιος, τίφων καὶ πτωχεύων ἥδοναν, πεπεισμέ-
νος, συνετὸς, καθαρὸς κεκολασμένος. εἰ τοίνυν

gendi, non pravo sensu rusticusque ac carnali
intellectu. Non enim ita dictum est, nec in eis
quae foris sunt salus posita est, sive illa multa sive
pauca sint, sive parva sive magna, sive laude clara
sive obscura, sive probata sive reproba; sed in
animi virtute, fide, spe et caritate; fraterno
amore et scientia et mansuetudine et modestia et
veritate, quorum praemium salus est. Neque
enim vivet quispiam quod pulcro sit corpore, aut
contra, peribit; sed qui caste exque divinis ra-
tionibus utitur concesso corpore, is vivet; (a)
qui vero Dei templum corruptit, disperdetur.
Potest vero quis etiam deformis indulgere libi-
dini, et qui pulcher sit, studere castitati. Neque
robur molesque ac proceritas corporis viram af-
ferunt, nec membrum aliquod dat perniciem;
sed causam in utrumque praebet, quae his anima
utitur. Sustine, inquit, si quis te in faciem
caedit; cui et robustus et prospera utens valetu-
dine obaudire potest; et contra quis infirmus
mentis petulantia, ejus transgressor esse. Sic et
rursus egenus quidam et inops, cupiditatibus
ebrius extiterit, quique divitiis affluat, sobrius et
egenus voluptatum: nempe obsequandi animo
sedulus, cordatus, mundus, castigatus. Si igitur
quod.

quod potissimum primumque vitam est habitum, anima est, eique vitam praestat, quae illi virtus quasi adnascitur atque comes est, mortisque interitu vitam perimit; aperte constat, ipsam tum eorum egenam, quorum quis copia perdetur, incolumen fore; tum iis affluentem, quorum copia perdit, interitum esse. Nec jam alibi quam in animae ipso statu et affectione, ut Deo obsequatur mundamque se praebeat, et ut transgreendiendo mandata, vitium ac malitiam colligat, causam quaeramus, cur haec ita utrinque eveniant.

XIX. Vere igitur probeque dives est, qui fœtus virtutibus est et quavis fortuna sancte et fide uti potest: falso autem dives, qui carne dives est, vitamque transtulit ad exteriorem substantiam quae praeterit atque interit, ac quandoque in alterius censem transit, et ad extremum nullius plane existit. Rursus eadem ratione est et verus pauper, et spurius alias falsique nominis pauper existit: quorum nempe alias pauper spiritu sit, quod est proprium; alias seculari fastu, quod alienum Mundi igitur fastu pauperi, ac qui dives pravis affectibus sit, non qui spiritu pauper, et secundum Deum dives existat, recede, ait, ab his, quas in animo possides, alienis facultatibus, ut mundo corde evadens videas Deum;

Ἔτι τὸ ζησόμενον μάλιστα καὶ πρῶτον ἡ Ζυχὴ, καὶ περὶ ταῦτη ἀρετὴ μὲν Φιουμένη σάζει, κακία δὲ θανάτοι· δῆλον ἥδη σαφῆς, ὅτι αὐτὴ καὶ πτωχεύουσα ὡν ἀν τὶς ὑπὸ πλούτου διαφθείρει, σώζεται, καὶ πλούτουσα τούτων, ὁν ἐπιτρίβει πλούτος, θανάται. καὶ μηκέτι ζητῶμεν ἄλλαχοῦ τὴν ἀιτίαν τοῦ τέλους, πλὴν ἐν τῇ τῆς Ζυχῆς καταγάσσει καὶ διαθέσει πρὸς τε ὑπακοὴν Θεοῦ καὶ καθαρότητα, πρὸς τε παρέβασιν ἔτολσι καὶ κακίας οὐλογίην.

19. Ο μὲν ἄρα ἀληθῶς καὶ καλῶς ἐπιστῶν ἀρετῶν πλούτους καὶ πάση τύχη χρηστός καὶ πιτῶς δυνάμενος ὁ δὲ νόθος πλούτος, ὁ κατὰ σάρκα πλούτων, καὶ τὴν Σωτηρίαν ἔξω κτῖσιν μετενησάς τὴν παρερχόμενην καὶ Φειρομένην, καὶ ἄλλοτε ἄλλου γνωμένην, καὶ ἐν τῷ τέλει μηδενὸς μηδαμῆν. πάλιν αὖ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ γύνοις πτωχὸς, καὶ νόθος ἄλλος πτωχὸς καὶ Ζευδόνυμος. ὁ μὲν κατὰ πνεῦμα πτωχὸς, τὸ ἕδιον ὁ δὲ κατὰ κόσμον, τὸ ἄλλοτριον. τῷ δὲ κατὰ κόσμον πτωχῷ καὶ πλουσίῳ κατὰ τὰ πάθη, ὁ κατὰ πνεῦμα οὐ πτωχὸς καὶ

κατὰ θεὸν πλούσιος, ἀπότην, Φυσί, τῷ
ὑπαρχόντων ἐν τῇ φυχῇ σου κτημάτων ἀ-
λλοτρίων, ἵνα καθαρὸς τῇ καρδίᾳ γερόμενος ἴδης
τὸν θεόν· ὅπερ καὶ δὶ ἑτέρας Φωνῆς ἐγίνετο, εἰ-
σελθεῖς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ πῶς
αὐτῶν ἀπότην; πωλήσας. Τί οὖν; χρήματα
ἀντὶ κτημάτων λάβεις; αὐτίδοσιν πλούτου πρὸς
πλοῦτον ποιούμενος, ἐξαργυρίσας τὴν Φανερὴν
οὐσίαν; οὐδαμῶς ἀλλὰ αὐτὶ τῷν προτέρῳ ἐνυπαρ-
χόντων τῇ φυχῇ, ἵνα σῶσαι ποθεῖς, αὐτει-
αγόμενος ἔτερον πλοῦτον Θεοποιὸν καὶ ζωῆς χο-
ρηγὸν αἰώνιον, τὰς κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ
διαβέσσαις· αὐτὸν δὲ τοῖς περίεται μισθὸς καὶ τιὴν
διηγεῖται, σωτηρία καὶ αἰώνιος ἀρθεροίσι οὕτω
καλᾶς πωλεῖς τὰ ὑπάρχοντα, τὰ πολλὰ καὶ
περισσά, καὶ ἀποκλείοντά σου τοὺς οὐρανούς,
ἀντικαταλαλασσόμενος αὐτῶν τὰ σῶσαι δύνα-
μενα. ἐκεῖνα ἔχέτωσαν οἱ σαρκινοὶ πτωχοὶ καὶ
τούτων δέομενοι σὺ δὲ τὸν πνευματικὸν πλοῦτον
ἀντιλαβὼν ἔχοις δὲ ἡδη θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς.

20. Ταῦτα μὴ συνεισ κατὰ τρόπον ὁ πο-
λυχρήματος καὶ ἔνων ἄνθρωπος, μηδὲ ὅπος
ὁ αὐτὸς καὶ πτωχὸς δύναται ἵνα καὶ πλού-

Deum; quod et alia verborum forma est, ut in-
tres in regnum coelorum. Quonam vero modo
ab eis recesseris? Vendendo. Quid ergo? Ita ni-
mirum ut praediorum pretio pecuniam recipias?
Nempe opes opibus commurando, conflatis ma-
nifestis facultatibus? Nequaquam. Sed ita ut lo-
co earum, quae animo ante inerant, quem esse
salvum cupis, alias divitias deificas vitaeque ae-
ternae paralias ex Divini scilicet ratione man-
dati consertos animi affectus) inferas; pro quibus
erit tibi merces ac perpetuus honor, salus aeter-
naque incorruptio. In hunc modum recte vendis
quae possides, multa illa et superflua, et quae tibi
coelum occludunt, cum illis commutans, quae
salutem afferre possint. Illa habeant carnali ritu
pauperes et qui his indigeant: tu vero spiritali-
bus eorum loco receptis divitiis, thesaurum in
coelis habeas.

XX. Haec per metaphoram dicta non intelli-
gens ille multis pecuniis locuples et homo le-
galis; neque ut possit idem et pauper esse et di-
ves, et habere pecunias et non habere, necnon
uti seculo et non uti, abiit tristis et moerens,
relicto vitae ordine, quem solummodo cu-
pere, ac non etiam assequi potuit; quisibinimi-
rum quod arduum erat, impossibile reddiderit.

Arduum namque ac difficile non circumduci animum et labefactari, deliciis, opum exteriorum et floridis praestigiis; non tamen impossibile cum his etiam nancisci salutem, si quis ab iis opibus quae in sensum cadunt, ad eos se transferat, quae mente intelliguntur, Deoque docente noscuntur; noveritque bene uti illis quae promiscui usus sunt propriaque illis ratione, et ut animi desiderio ad vitam aeternam enitatur. Quin et discipuli, illi quidem primum timore perculsi ac attoniti sunt. Quo nempe audito? Num quod ipsi quoque multas pecunias habebant? Verum ea ipsa quoque vilia retia hamosque ac piscatorias scaphas lntresque jam olim reliquerant, quae sola illis in censu erant. Quid ergo timentes aiunt, (α) *Et quis potest salvus fieri?* Praeclare audierant, et ut discipuli, quod per parabolam sensuque obscuriore a Domino dictum fuerat, ac sententiae altitudinem intellexerant. Et quidem quod attinet ad pecuniarum abdicationem, bona spe consequendae salutis freti erant: quod vero necedum se perfecte affectus vitiaque exuisse sibi consci erant (quippe nuper disciplina imbuti recensque a Salvatore in familiam adsciti) supra modum animis

(α) Marc. 10. 26.

etios, καὶ ἔχει τε χρήμata καὶ μὴ ἔχει, καὶ χρῆσθαι τῷ κόσμῳ καὶ μὴ χρῆσθαι, ἀπῆλθε συγγόνος καὶ κατηφίσ, λιπών τὸν τάξιν τῆς ζωῆς, οὐ ἐπιθυμεῖν μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τυχεῖν ἀδύνατο, τὸ δύσκολον πόνοςας ἀδύνατον αὐτὸς ἑαυτῷ. δύσκολον γὰρ οὐ μὴ περιάγεσθαι, μηδὲ κατατρέφεσθαι τὸν φυχὴν ἀπὸ τῶν προσόντων ἀβρῶν τῷ προδήλῳ πλούτῳ καὶ ἀνθρώπων γοντευμάτων, οὐκ ἀδύνατον δὲ καὶ ἐν τούτῳ λαβέσθαι σωτηρίας, εἴ τις ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ πλούτου ἐπὶ τὸν νοητὸν καὶ Θεοδίδακτον μεταγάγει, καὶ μάθει τοῖς ἀδιαφόροις χρῆσθαι καλῶς καὶ idίως, καὶ οὐς ἀντὶ εἰς ζωὴν αἰώνος ὅρμωτο. καὶ οἱ μαθηταὶ δὲ τὸ πρῶτον μὲν καὶ αὐτοὶ περιδεῖς καὶ καταπληγεῖς γεγόνασι. ἀκούσαντες τί δικτοτε; ἄρα γε ὅτι χρήμata καὶ αὐτοὶ ἐκέντητο πολλά; ἀλλὰ καὶ αὐτὰ ταῦτα, τὰ δικτύδια καὶ ἄγκυρα, καὶ τὰ ὑπηρετικὰ σκαφίδια ἀφῆναι πάλαι, ἀπέρ οὐ αὐτοῖς μόνα. τί οὖν Φοβηθέντες λέγουσι, τίς δύναται σωθῆναι; καλῶς ἱκουσαν, καὶ οὐς μαθηταί, τοῦ παραβολικῶς καὶ ἀσαφῆς λεχθέντος ὑπὸ τοῦ χυρίου, καὶ ἥσθοντο τῶν βάθους τῶν λόγων. ἐνεκά μὲν οὖν χρημάτων ἀκτημ-

σύμης εὐέλπιδες ἥσαν πρὸς σωτηρίαν. ἐπειδὴ δὲ συνῆδεσαν ἑαυτοῖς μήπω τὰ πάθη τέλεον ἀποτιθεμένοις ἀρτιμαθεῖς γὰρ ἥσαν καὶ νεωτὶ πρὸς τῶν σωτῆρος ιδιορολογημένοι, περισσῶς ἐξεπλήγ-
τοντο, καὶ ἀπεγίνωσκον ἑαυτοὺς οὐδέν τι ἦττον
ἐκείνου τοῦ πολυχρημάτου καὶ δεινῶς τῆς κτή-
σεως περιεχομένου, ἵνα γε προέκρινε ^{ζῶντος αἰώ-}
νιου. ἄξιον οὖν ἦν τοῖς μαθηταῖς Φόβου παντὸς,
εἰ καὶ ὁ χρήματα κεκτημένος καὶ ὁ τῶν πά-
θων ἔγκυος ἦν, ἐπλούτουν, καὶ αὐτοὶ παρ-
πλησίος ἀπελαθόνται οὐρανῷ. ἀπαθῶν γὰρ
καὶ καθαρῶν ψυχῶν ἐγίνετο σωτηρία.

21. Οἱ δὲ κύριοι ἀποκρίνεται· διότι τὸ ἐν
ἀνθρώποις ἀδύνατον, δυνατὸν Θεῷ. Πάλιν καὶ
τοῦτο μεγάλης σοφίας μετόν τοις ἐγίνετο· διότι καθ'
αὐτὸν μὲν ἀσκῶν καὶ διαπονούμενος ἀπάθειαν
ἀνθρώπος, οὐδὲν αἰνεῖ· εἰδὼν δὲ γένηται δῆλος
ὑπερεπιθυμῶν τούτου καὶ δεσπουδαχῶς, τῇ προσ-
θίκῃ τῆς παρὶ Θεοῦ δυνάμεως περιγίνεται. Βου-
λομέναις μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ταῖς ψυχαῖς συνεπι-
πνεῖ. εἰ δὲ ἀποστατεῖται τῆς προθυμίας, καὶ τὸ
δοθὲν ἐκ Θεοῦ πνεῦμα συνετάλη. τὸ μὲν γὰρ
ἄκοντα σάζειν, ἔτι βιαζομένου· τὸ δὲ αἴρου-
μέν-

perculti erant, suamquippe ipsi salutem, haud secus
ac divitis illius habentis multas pecunias, dire-
que animo rei familiaris addicti (quam et vitae
aeternae praetulerat) in desperatis habebant.
Magno itaque illis timore dignum videbatur, si
tum is qui pecunias haberet, tum qui affectibus
gravidus esset, in divitum censu habendi essent,
ipsique perinde regno coelorum ejiciendi fo-
rent. Animas enim immunes ab affectibus ac
labe puras manet salus.

XXI. Dominus vero respondit: (a) *Quod est impossibile apud homines, possibile Deo.* Et hoc rursus magnae sapientiae plenum est: idcirco nimirum quod homo ipse a se, suaque vir-
tute operam ponens, studensque ac laborans ut
compressis affectibus tranquilli animi fiat, nihil
inde praestat: sin autem ejus desiderio vehe-
mentius inardescat, diligentiamque omnem ad-
hibeat, adjuncta illi Divina virtute evadet vo-
torum compos. Deus namque volentibus ani-
mis adspirat. Sin autem a coepta animi alacritate
abscesserint, etiam datus a Deo Spiritus con-
trahitur. Invitis enim salutem afferre, ejus est
qui vim afferat; volentibus autem libero animi
proposito, ejus qui liberaliter indulgeat. Nec
dor-

(a) Luc. 18. 17.

dormientium et in deliciis agentium est regnum coelorum; (a) sed violenti rapiunt illud. Haec enim sola bona violentia, Deo vim inferre, atque a Deo vitam rapere. Qui autem novit eos, qui strenue ac firmiter, imo qui violenter rei incumbunt, ejus copiam facit ceditque; gaudet enim Deus in his se vinci. Itaque cum haec audisset beatus Petrus, electus ille et eximius, princeps ille discipulorum, (b) pro quo uno et seipso Dominus tributum pendit; sermonem confessim rapuit vimque ejus comprehendit. Quid vero ait? (c) *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te.* Porro omnia, si ea dicat quae in censu habebat, relictis fortisan, quod dici solet, quatuor obolis, magnifice gloriatur, imprudens que dignum horum praemium vicemque regnum coelorum pronunciet. Sin autem quas hactenus memoravimus, veteribus spiritualibus possessibus, animique aegritudinibus atque vitiis projectis, magistri vestigia sequuntur; id vero jam illis connectat, qui coelis adscribendi sunt. Sic enim revera praestatur ut Salvatorem sequatur, qui illius ab omni immunem noxa vitam colat ac perfectionem, quique in illam velut speculum

con-

(a) Matt. 11. 12. (b) Matt. 17. 26.

(c) 19. 28.

μένοις, χαρίζομένου. οὐδὲ τῶν καθευδόντων καὶ βλακεύοντων ἐπὶ ή βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οἱ βιαστὲς ἀρπάζουσιν αὐτήν. αὕτη γὰρ μόνον βία καλὴ, Θεὸν βιάσασθαι, καὶ παρὰ Θεοῦ ζωὴν ἀρπάσαι. οὐ δὲ γνοὺς τοὺς βεβαίως, μᾶλλον δὲ βιαίως ἀγτεχομένους, συνεχάρησεν, εἰξεν. χαῖρε γὰρ οὐ Θεὸς τὰ τοιαῦτα ἡττώμενος. τοιγάρτοι τούτων ἀκούσας οὐ μακάριος Πέτρος, οὐ ἐκλεκτὸς, οὐ ἔξαίρετος, οὐ πρῶτος τῶν μαθητῶν, ὑπὲρ οὐ μόνον καὶ ἑαυτοῦ τὸν φόρον οὐ σωτῆρ ἐκτελεῖ, ταχέως ἥρπασε καὶ συνέβαλε τὸν λόγον καὶ τί Φησίν; ίδε οὐμεῖς ἀφίκαμεν πάντα, καὶ ικολουθήσαμέν σοι. τὰ δὲ πάντα εἰ μὲν τὰ κτήματα τὰ ἑαυτοῦ λέγει, τέσσαρας ὄβολοὺς ἴσις, τοῦ λόγου καταλιπὼν μεγαλύνεται, καὶ τούτῳ ἀνταξίαν ἀποφαίνων ἀν λάθοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. εἰ δὲ ἀπέρ αἷχρι νῦν ἐλέγομεν τὰ παλαιὰ ιοῦτὰ κτήματα, καὶ τυχικὰ κοσμίματα ἀπορρίψαντες, ἐπονται κατ' ἵχυος τῷ διδασκάλῳ, τοῦτ' ἀνάπτοιτο ἕδη τοῖς ἐν οὐρανοῖς ἐγγυραφησομένοις. οὔτω γὰρ ἀκαλούθειν ὄντας τῷ σωτῆρι ἀναμαρτησίαν καὶ τελειότητα τὴν ἔκεινου μετερχόμενον, καὶ πρὸς ἔκεινην ὅσπερ κάτοπτρον κοσμοῦτα καὶ ρυθμί-

Συντα τὸν ψυχὴν, καὶ πάντα διὰ πάντων
ομοίων διατεθέντα.

22. Αποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἀμήν ὑμῖν λέγω,
ὅς ἀν ἀφῇ τὰ ἴδια, καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὺς,
καὶ χρήματα ἐνεκεν ἐμοῦ καὶ ἐνεκεν τοῦ εὐαγ-
γελίου, ἀπολύθεται ἐκάποντα πλασίονα. ἀλλὰ
μηδὲ τοῦθ' ἡμᾶς ἐπιταρασσέτω, μηδὲ τὸ ἔτι
τούτου σκληρότερον ἀλλαχοῦ ταῖς Φωναῖς ἔξει-
νευμένου, ὃς οὐ μισεῖ πατέρα καὶ μητέρα καὶ
παῖδας, προσέτι δὲ καὶ τὸν ψυχὴν ἑαυτοῦ,
ἐμὸς μαθητῆς εἶναι οὐ δύναται. οὐ γὰρ εἰσηγεῖ-
ται μισος καὶ διάλυσιν ἀπὸ τῶν φιλτάτων ὁ
τῆς εἰρήνης Θεός, ὅγε καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγα-
πᾷν παραγεν. εἰ δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπητέον,
ἀνάλογον ἀπ' ἐκείνων ἀνίστη καὶ τοὺς ἐγγυτά-
τω γένους· ἢ εἰ μισητέον τοὺς πρὸς αἷματος,
πολὺ μᾶλλον τοὺς ἐχθροὺς ἀποβάλλεσθαι κατὶ τὸν
ὁ λόγος διδάσκει. ὥστε ἀλλήλους ἀναιροῦντες
ἐλέγχοντ' ἀν οἱ λόγοι. ἀλλ' οὐδὲ ἀναιροῦσιν,
οὐδὲ ἐγγύοις. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς γνώμης καὶ
διαθέσεως καὶ ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὄρῳ πατέρα μι-
σοῖς τις ἀν ἐχθρὸν ἀγαπᾷν, ὁ μόντε ἐχθρὸς
ἀμυνόμενος, μόντε πατέρα Χριστοῦ πλέον αἰδού-

με-

contuendo animum perornet componatque, ac
in omnibus pares illi mores prorsus induat.

XXII. (a) Respondens autem Jesus, ait:
*Amen dico vobis, qui reliquerit propria, et pa-
rentes et fratres et pecunias propter me et propter
Evangelium, recipiet centies tantum. At neque
hoc nos turbet, nec quod adhuc durioribus ver-
bis alio loco editum est, (b) Qui non odit pa-
trem et matrem et filios, adhuc autem et animam
suam, non potest esse meus discipulus. Non enim
praecepit odium et divortium a carissimis Deus
pacis, qui et inimicos diligere jubeat. Quod si
inimici diligendi sunt pari etiam ratione ab eis
adscendendo, qui sunt genere conjunctissimi; aut
si odio habendi affines et cognati, potiori ratione
rejiciendos inimicos descendendo ratio edocet.
Sic alia aliam sententiam liquido destrueret. At
non se invicem destruunt; nihil minus. Ex eo-
dem quippe affectu et animo, eademque regula
patrem odio habeat amando inimicum, qui nec
inimicum ulciscatur, neque patrem plus Christo
vereatur. In illo quidem verbo odium refecat et
voluntatem inferendi mala, in hoc vero nimiam
in conjunctos reverentiam, dum haec saluti offi-
ciat.*

(a) Marc. 10. 29. (b) Luc. 14. 36.

ciat. Si ergo infidelis cuiquam pater aut filius aut frater existiterit, atque horum quilibet fidei vitaque in coelis consequendae impedimentum praestiterit; huic ne consentiat, aut cum illo concordiam habeat, sed spiritualis inimicitiae causa carnalem necesitudinem diluat.

XXIII. Rem arbitrator litis esse contestationem. Hinc quidem videatur adstans pater dicere: *Ego te prosemnavi, et enutrivi; sequere me, pariterque inique age, nec Christi legi obsequere, ac quicquid aliud vir blasphemus et mortuus natura dixerit.* Inde vero audi Salvatorem. *Ego te regeneravi, qui male a mundo mortis victima fuisses genitus: in libertatem asserui, sanavi, redemi. Ego Dei boni patris tibi vultum offendam: noli patrem vocare super terram: mortui sepeliant mortuos: tu vero me sequere; sublimem enim ducam in requiem arcanorum, et quae nemo eloqui queat, bonorum; (a) quae oculus non vidit, nec auris audiat, nec in cor hominis ascenderunt, (b) in quae desiderant angeli prospicere, et videre quae praeparavit Deus bona sanctis sequere diligentibus filiis. Ego nutritius tuus, qui meip-*

(a) I Cor. 2. 9.

(b) I Pet. 1. 12.

meos. ἐν ἐκείνῳ μὲν γάρ τῷ λόγῳ μῖσος ἐκόπτει καὶ κακοποίαν, ἐν τούτῳ δὲ τὸν πρὸς τὰ σύντροφα δυσωπίαν, εἰ βλάπτοι πρὸς σωτηρίαν. εἰ γοῦν ἀθεος ἐιπεῖ τὸν πατήρ, οὐδὲς, οὐδὲλφος, καὶ κάλυμα τῆς πίστεως γένοιτο, καὶ ἐμπόδιον τῆς ἀκα λων, τούτῳ μὴ συμφερέσθω, μηδὲ ὄμοιοί τοι, ἀλλὰ τὸν σαρκικὸν οἰκείοτητα διὰ τὸν πνευματικὸν ἔχθραν διαλυσάτω.

23. Νόμου εἶναι τὸ πρᾶγμα διαδικασίαν. ο μὲν πατήρ σοι δόκείτω παρεῖσας λέγειν ἐγώ ἐσπειρα καὶ ἔθρεψα. ἀκολούθη μοι, καὶ συνδίκει, καὶ μὴ πείθου τῷ Χριστῷ νόμῳ καὶ ὅσα ἀντὶ εἴποι βλάσφημος ἄνθρωπος καὶ νεκρὸς τῇ Φύσει. ἐτέραθεν δὲ ἀκούει τὸν σωτῆρος ἐγώ σε ἀνεγέννησα, κακῶς ὑπὸ κόσμου πρὸς θάνατον γεγενημένον· ἡλευθέρωσα, ιασάμην, ἐλυτρωσάμην. ἐγώ σοι δεῖξω Θεοῦ πατρὸς ἀγαθοῦ πρόσωπον· μὴ κάλει σεαυτῷ πατέρα ἐπὶ γῆς οἱ νεκροὶ τοὺς νεκροὺς θαπτέτωσαν, σὺ δέ μοι ἀκολούθει· ἀνάξε γάρ σε εἰς ἀνάπτυσιν ἀρρήτων καὶ ἀλέκτων ἀγαθῶν, οὐ μὴ ὄφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἕκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων ἀνέβη, εἰς δὲ ἐπιβυμοῦσιν ἀγγελοι παρακόψαι, καὶ ιδεῖν ἄπειροι· μαστὶ οὐ Θεος τοῖς ἀγίοις ἀγαθὰ καὶ τοῖς φιλού-

σὺν αὐτὸν τέκνοις. ἐγώ σου τροφεὺς ἄρτον ἔμαυ-
τὸν δίδωσ, οὐ γενσάμενος οὐδὲς ἔτι πεῖραν θα-
νάτου λαμβάνει, καὶ πόμα καθ' ἥμέραν ἐνδίδωσ
ἀθανασίας. ἐγώ διδάσκαλος ὑπερουρανίον παιδεύ-
μάτων. ὑπέρ σου πρὸς τὸν Θάνατον διηγωνισά-
μην, καὶ τὸν σὸν ἐξέτισα Θάνατον, ὃν ὥφελες
ἐπὶ τοῖς προημαρτημένοις καὶ τῇ πρὸς θεὸν ἀπι-
τίᾳ. τούτων τῶν λόγων ἐκατέρωθεν διακούοντας,
ὑπὲρ σεαυτοῦ δίκασον, καὶ τὴν ψῆφον ἔνεγκε
τῇ σεαυτοῦ σωτηρίᾳ. κανὸν ἀδελφὸς ὅμοια λέγη,
κανὸν τέκνον, κανὸν γυνὴ, κανὸν ὅρτις οὖν, πρὸ πάν-
των ἐν σοὶ Χριστὸς ὁ νικῶν ἔγειρα, ὑπέρ σου γὰρ
ἀγωνίζεται.

24. Δύνασαι καὶ τῷ χρυμάτων ἐπίπροσθεν
εἶται. Φράσον, καὶ οὐκ ἀπάγει με Χριστὸς τῆς
κτήσεως, ὁ κύριος οὐ φθονεῖ, ἀλλ' ὅραις σεαυτὸν
ἡττάμενον ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀνατρεπόμενον; ἄφες,
ψίφους, μίσησον, ἀπόταξαι, Φύγε. καὶ οἱ δέξιοι
σου ὄφθαλμος σκανδαλίζῃ σε, ταχέως ἔκκοφον
αὐτόν. αἰρετώτερον ἐτεροφθίλιμω βασιλεία θεοῦ,
ἢ ὀλοκλήρῳ τὸ πῦρ. κανὸν χειρί, κανὸν πούς, κανὸν
ψυχὴν, μίσησον αὐτήν. ἀν γὰρ ἐγταῦθα ἀπό-
ληται ὑπὲρ Χριστοῦ,

25. Ταῦ-

meipsum panem praebeam, quem qui gustaverit,
nemo adhuc mortis periculum faciet, qui fundam
quotidie potum immortalitatis. Ego magister
coelo celsioris doctrinae ac disciplinae. Pro te cum
morte certamen defudayi, ac cujus reus poenae eras
ob patrata delicta Deoque negatam fidem et in-
credulitatis crimen, ego exsolvi. Qui hos utrin-
que sermones audias, pro te ipse esto judex,
inque tuae rem salutis fertu sententiam. Et si
frater similia loquatur, et si filius, et si uxor,
et si quisvis alias, ante omnes Christus in te
vincat; quippe cuius ille gratia in arenam de-
scendat.

XXIV. Potes et pecuniis opponere. Dicito.
non vetat Christus ne possessiones habeam, non
invidet Dominus. At vides illarum te vinci libi-
dine, et a mentis statu ea te dimoveri? Dimitte,
projice, odio habe, abrenuntia, fuge. (a) Et
si dexter oculus scandalizat te, quam primum
erue eum. Melius est cum uno oculo regnum
Dei, quam integro ignis. Sive sit manus, sive
pes, sive anima, habe odio. Si enim hic Christi
causa etiam pereat,

XXV.

(a) Mat. 5. 29.

XXV. Hunc sensum habent et quae sequuntur. (a) *Nunc, in tempore hoc, agros, pecuniam, domos et fratres habere cum persecutionibus.* Neque enim vocat ad vitam qui pecunia careant, qui sine lare et tecto, qui fratres nullos habeant, cum vocaverit etiam divites; sed ut supra diximus, fratres quoque illius cultos moribus, veluti Petrum et Andream, nec non Jacobum et Joannem Zebedaei filios; verum inter se concordes et cum Christo. Ceterum singula haec cum persecutionibus habere non probat. Persecutio vero alia quidem sorinsecus obtingit, persequentibus hominibus fideles et vel inimicitiae causa, vel invidiae, vel lucri, vel suggestione diabolica. At gravissima persecutio est, quae oritur intrinsecus ex ipsa cujusque anima, depravata impiis desideriis variisque voluptatibus, nec non improba spe insanibusque insomniis; quae plura semper habendi cupiditate et ferinis amoribus rabida, aestuansque objectis velut stimulis aculeisque affectibus ac libidinibus, cruentetur ad furiosa studia, ad desperandam salutem Deique spretionem. Persecutio haec gravior est et acerbior, ex animo ipso prorumpens, semper.

VXX

que

(a) Marc. 20. 30.

25. Τάῦτα δὲ ὅμοιας ἔχεται τῆς γνώμης καὶ τὸ ἐπόμενον· νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἀγροὺς καὶ χρήματα καὶ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς ἔχειν μετὰ διωγμῶν. οὐτέ γάρ ἀχρημάτους, οὐτέ ἀνεγίους, οὐτέ ἀιδέλφους ἐπὶ τὴν ζωὴν καλεῖ, ἐπεὶ καὶ πλουσίους κέκληκε· ἀλλ' ὃν τρόπον προειρήκαμεν, καὶ ἀδελφοὺς κατ' αὐτὸν ἀσπερ Πέτρον μετὰ Ἀνδρέου καὶ Ἰάκωβον μετὰ Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου παῖδας, ἀλλ' ὅμοιοντας ἀλλήλοις τε καὶ Χριστῷ. τὸ δὲ μετὰ διωγμῶν ταῦτα ἐκάτα ἔχειν, ἀποδοκιμάζει. διωγμὸς δὲ, ὁ μὲν τις ἔξοδεν περιγίνεται, τῶν ἀθρώπων ή δι ἔχθρων, ή διὰ Φθόνου, ή διὰ Φιλοκέρδειαν, ή κατ' ἐνέργειαν διαβολικὴν τοὺς πιστοὺς ἐλαύνοντων. οἱ δὲ χαλεπώτατος ἔνδοθεν ἔστι διωγμός, ἐξ αὐτῆς ἐκάτῳ τῆς ψυχῆς προπεμπόμενος, λυμανούμενός ὑπὸ ἐπιθυμιῶν ἀδέαν καὶ ἡδονῶν ποικίλων καὶ Φαύλων ἐλπίδων καὶ Φθερτῶν ὀνειροπολημάτων· ὅταν δέ τοι πλειόνων ὄρεγομέν, καὶ λυσσᾶσα ὑπὸ ἀγρίων ἐρώτων, καὶ Φλεγομένη καθάπερ κέντροις ἡ μύωντι τοῖς προπεμπόμενοις αὐτῇ πάθεσιν, ἐξαιμάσσονται πρὸς σπουδὰς μακέδεις καὶ ζωῆς ἀπόγυνοιν καὶ Θεοῦ καταφρόμαιν. οὗτος ὁ διωγμὸς βαρύτερος καὶ χαλε-

E

πο.

πάτερος, ἔνδοθεν δριμώμενος, οὐδὲ συνάν, ὅν οὐδὲ
ἐκφυγεῖν ὁ διακόμενος δύστατος τὸν γὰρ ἐχθρὸν
ἐν ἑαυτῷ περιάγει πάνταχοῦ. οὗτος καὶ πύρα-
σις, ἡ μὲν ἔξωθεν προσπίπτουσα, δοκιμασία
κατεργάζεται· οὐ δὲ ἔνδοθεν, Θάνατος διαπρά-
τεται καὶ πόλεμος, ὁ μὲν ἐπακτός, ράδιος
καταλύεται· οὐ δέ εἰ τῇ ψυχῇ, μέχρι θανάτου
παραμέτρεται. μετὰ διωγμοῦ τοιούτου πλοῦτον
ἔχεις τὸν αἰσθητὸν, καὶ γὰρ ἀδελφοὺς τοὺς πρὸς
αἵματος καὶ τὰ ἄλλα ἐνέχυρα, κατάλιπε τὴν
τούτων παγκτησίαν τὴν ἐπὶ πακῆ, εἰρήνην σεα-
τῷ παράσχες, ἐλευθεράθητι διωγμοῦ μακροῦ,
ἀποτράφθῃ πρὸ τὸ εὐαγγέλιον ἀπὸ ἕκείνου, ἐλοῦ
τὸν σωτῆρα πρὸ πάντων, τὸν τῆς οὐσίας συνήγορον
καὶ παράκλητον ψυχῆς, τὸν τῆς ἀπέρου πρύ-
τανι ζῶντος. τὰ γὰρ βλεπόμενα, προσκαΐρα τὰ
δέ μὴ βλεπόμενα, αἰώνα. καὶ εἴ μὲν τῷ πρότ-
τῳ χρόνῳ ὠκύμορφα καὶ ἀβέβαια, εἴ τῷ ἐρχό-
μένῳ δὲ ζῶντι ἐτῷ αἰώνιος.

26. "Εσονται οἱ πρῶτοι ἑσχάτοι, καὶ οἱ
ἑσχάτοι πρῶτοι. τοῦτο πολύχοντα μὲν ἐστιν η-
τὰ τὴν ὑπόνοιαν καὶ τὸν σαφισμὸν, οὐ μὴν
γε τῷ παρόντι τὴν ζήτησιν ἀπαιτεῖ. οὐ γάρ
μό-

que praesens, quam nec evitare potest qui illa
appetitur: quippe qui hostem omni loco in se
ipse circumferat. Similiter etiam, quae extrin-
secus adhibetur, tentatio, probationem opera-
tur; quae vero intrinsecus oritur, mortem in-
ducit. Bellum quoque accidentario ac velut
casu externo agente conflatum, facile dissolvi-
tur; quod autem ipsi animo inest, ad mortem
usque extenditur. Cum tali igitur persecutione
si carnales divitias habeas, si fratres carnales et
alia pignora; omnem hanc possessionem cen-
sumque in malum cedentem relinqu, tibi ipse
pacem praebe, prolixa liberare persecutione,
ad Evangelium ab illis convertere, pree omni-
bus Salvatorem elige, tuae patronum ac solati-
tium animae, nullumque finem habiturae praebi-
torem vitae. (a) Quae enim videntur, tempora-
lia sunt: quae autem non videntur, aeterna. Et in
praesenti quidem tempore caduca sunt nullaque
firmitate fulta; in futuro autem aeterna est vita.

XXVI. (b) Erunt primi novissimi, et novis-
simi primi. Multa hic locus habet reconditoris
sensus, et quae egeant explicatione; non tamen
de illo in praesentiarum vertitur quaestio. Non
enim

(a) 2 Cor. 4. 18.

(b) Marc. 10. 31.

enim ad solos divites spectat, sed ad omnes
plane homines, qui fidei semel nomen dedere.
Itaque huic modo supersedeamus quaeſito: quod
autem ſubiectum argumento eſt, ita demonstra-
tum arbitror, ut ſatisfactum fit datae fidei; quod
nempe Salvator ad ipsas divitias quod attinet
longeque copioſam ſubſtantiam, divites nullo
modo excluſerit aut eis ſalutem intercluſerit, fi-
modo poſſint ac velint Divinis inclinare man-
datis, vitamque ſuam rebus temporaneis pree-
ferant, necnon fixis in Dominum luminibus,
intueantur ejus, tanquam boni gubernatoris, nu-
trum, exſpectantes, quid velit, quid jubeat, quid
mandet, quam ſuis nautis det tefſeram; quo
randem et unde curſum navigationis intendat.
Quid enim peccat aliquis aut nocet, quod ante
fidem ſuceptam animum adhibens uſusque par-
simonia, quantaſ ſufficient ad honestam vita-
ſuſtentationem ſibi facultates paravit? aut, quod
etiam a culpa remotius eſt, ſi ſtatiuſ a Deo pree-
bente animam, in domum ejusmodi hominum
genuſque copioſum inducetus eſt, potens ſeili-
cet pecunia et divitiis preeſtans? Si enim ejec-
tus vita eſt, quod non ſponde ſua inter divitias
natus eſt, injuriam certe a Deo Creatore patitur,
temporaria quidem proſperitate donatus, vita

meōn rēpeti πρὸς τοὺς πολυκτήμονας, ἀλλ᾽
ἀκλῶς πρὸς ἄπαντας ἀνθρώπους, τοὺς πίστι-
καθάπτας ἑαυτοὺς ἐπιδόντας. Ὅτε τοῦτο μὲν
ἀνακέιθω τὰ νῦν. τὸ δὲ γε προκείμενον ἡμῖν,
οἵμαι μηδέν τι ἐνδέεσθε τῆς ἐπαγγελίας δε-
δεῖχθαι, ὅτι τοὺς πλουσίους οὐδένα τρόπον ὁ
σωτὴρ κατ' αὐτὸν γε τὸν πλοῦτον καὶ τὴν
περιβολὴν τῆς κτίſeως ἀποκέκλεικεν οὐδὲ αὐτοῖς
ἀποτετάφρευκε τὴν σωτηρίαν, εἴ γε δύναιντο καὶ
βούλοιντο ὑποκύπτειν τοῦ Θεοῦ ταῖς ἐντολαῖς,
καὶ τὴν προσκαίρων προτιμῶν τὴν ἑαυτῷ ζωὴν,
καὶ βλέποιεν πρὸς τὸν κύριον ἀτενῆ τῷ βλέμ-
ματι, καθάπερ εἰς ἀγαθὸν κυβερνήτου γεῦμα δε-
δορκότες, τί βούλεται, τί προσάσσει, τί ση-
μαίνει, τί δίδωσι τοῖς αὐτοῦ γάύταις τὸ σύνθημα,
ποῦ καὶ πόθεν τὸν ὄρμον ἐπαγγέλλεται. τί γὰρ
ἀδικεῖ τις, εἰ προσέχων τὴν γνώμην, καὶ Φειδό-
μενος, πρὸ τῆς πίτεως, βίον iκανὸν ſuνελέξατο;
ἢ καὶ τὸ τούτου μᾶλλον ἀνέγκλητον, εἰ εὐθὺς
ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὴν ψυχὴν γέμοντος εἰς οἶκον τοιού-
των ἀνθρώπων εἰσφεύθη καὶ γένος ἀμφιλαφές,
τοῖς χρύμασιν ἰσχύον καὶ τῷ πλούτῳ κρατοῦν;
εἰ γὰρ διὰ τὴν ἀκούσιον εὐ πλούτῳ γέγεσιν ἀπε-
λήλαται ζωὴς, ἀδικεῖται μᾶλλον ὑπὸ τοῦ γε-

ναμένου Θεοῦ, προσκαίρου μὲν ἱδυπαθείας κατηξιωμένος, ἀδίσιον δὲ ζωῆς ἀπετερημένος. τί δὲ ὅλως πλοῦτον ἔχρην ἐκ γῆς ἀνατεῖλαι ποτε, εἰ χορηγὸς καὶ πρόξενος ἐστι θανάτου; ἀλλ' εἰ δύναται τις ἐνδότερῳ τῶν ὑπαρχόντων κάμπτειν τῆς ἔξουσίας, καὶ μέτρια Φρονεῖν, καὶ σωφρονεῖν, καὶ Θεὸν μόνον ζητεῖν, καὶ Θεὸν ἀπακεῖν, καὶ Θεῷ συμπολιτεύεσθαι, πτωχὸς οὗτος παρέσυκε ταῖς ἐντολαῖς, ἐλεύθερος, ἀνττητος, ἄνοσος, ἄτρωτος ὑπὸ χρημάτων. εἰ δὲ μὴ, θάττου κάμπλος διὰ βελόνης εἰσελεύεται, ηὐ ὁ τοιοῦτος πλούσιος ἐπὶ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ παρελεύεται. συμπαινέτω μὲν οὖν τι καὶ ὑψηλότερον ηὐ κάμπλος, διὰ τενίς οδοῦ καὶ τεθλιμένης φθάνουσα τὸν πλούσιον, ὅπερ ἐν τῇ ἀρχῶν καὶ Θεολογίας ἔχηγήσει μυστήριον τοῦ σωτῆρος ὑπάρχει μαθεῖν.

27. Οὐ μὴν ἀλλὰ τόγε Φαινόμενον πρᾶτος, καὶ διὸ λέλεκται, τῆς παραβολῆς παρεχέσθαι διδασκέτω τοὺς εὐποροῦντας, ὡς οὐκ ἀμελητέον τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ὡς ηὐδη προκατεγυιωσμένοις, οὐ δὲ καταποντιζέοντι πάλιν τὸν πλοῦτον, οὔτε καταδικαζέοντι ὡς τῆς ζωῆς ἐπίβουλον καὶ πολέμιον ἀλλὰ μαθητέον τίτα τρόπον καὶ πᾶς πλούτον

autem aeterna privatus. Quorsum vero prorsus opus erat opes e terra pullulare, si mortem important ejusque auctores existunt? Si quis tamen, quibus fultus divitiis est, de potentia decedere animumque flectere potest; et modeste sapere atque sobrius esse, Deumque unum quaerere ac Deum anhelare, et cum Deo conversationem habere: hic pauper praesto mandatis est, liber, invictus, nulla laborans aegritudine, nullo ex pecuniis vulnere. Sin minus, (a) facilius camelus per acum ingredietur, quam dives ejusmodi intrabit in regnum coelorum. Porro etiam altius quidpiam significet camelus, per arcam ac coangustatam viam antevertens divitem; quod Salvatoris mysterium in expositione Principiorum et Theologiae condiscere licet.

XXVII. Verum exponamus primum de parabola quod illius conspicuum est, et cuius gratia dicta fuit. Doceat locupletes haud negligendam esse suam illis salutem, quasi jam ante condemnati esent: nec vero rursus opes pelago mengendas aut improbandas, quasi vitae insidiantes et inimicas: sed discendum, quemodo quave ratione illis utendum, et ut vita comparan-

(a) Marc. 10. 25.

randa sit. Nam quia non omnino perit quis, timens quia dives sit, nec omnino salvus est, ea fiducia ac spe, qua se salvum fore confidit: age consideremus, quam illis spem Salvator praescribat; et qua item ratione quod extra spem esse videtur, in pignus ab est, quodque illa nititur, in possessionem transeat. Ait igitur magister, interrogatus, quod sit maximum mandatorum, (a) *Diliges Dominum Deum ex tota anima tua, et ex tota virtute tua.* Hoc nullum esse majus mandatum; et jure quidem optimo: nam et de primo maximoque latum mandatum est, de ipso nimirum Deo, patre nostro, per quem facta sunt atque existunt omnia, et ad quem rursus revertuntur quae fiunt salva. Ab hoc igitur ante dilectos et conditos, nefas aliud quidvis antiquius ducere ac praestantius; ut hanc duntaxat exiguum gratiam ob maxima beneficia referamus, cum nihil aliud excogitari possit, quod nullius egenti ac perfecto Deo rependi a nobis possit; eoque ipso, quod Patrem totis viribus diligamus, incorruptionem reportemus. Quanto enim quis amplius Deum diligit, tanto in Deum intimus quasi penetrat.

XXVIII.

(a) Matt. 22. 36, 37, 38.

τῷ Χριστῷ, καὶ τὸν Ἰωάννην κτητέον. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἐκ παντὸς ἀπόλλυται τίς, ὅτι πλουτεῖ δεδιὼς, οὔτε ἐκ παντὸς σώζεται Θαρρῶν καὶ πιστεύων ὡς σωθήσεται. Φέρε σκεπτέον ἥντινα τὸν ἐλπίδα αὐτοῖς ὁ σωτὴρ ὑπογράφει, καὶ πῶς ἀντὸ μὲν ἀνέλπιστοι ἔχεγγυον γένοιτο, τὸ δὲ ἐλπισθὲν εἰς κτῆσιν ἀφίκοιτο. Φησὶν οὖν ὁ διδάσκαλος, τίς ἡ μεγίστη τῶν ἐντολῶν, πρωτημένος ἀγαπήσεις τὸν χύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεως σου. ταύτης μείζω μηδεμίᾳν ἐντολὴν εἶναι καὶ μάλα εἰνότως. καὶ γὰρ καὶ περὶ τοῦ πρώτου καὶ περὶ τοῦ μεγίστου παρηγγελται, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, πατρὸς ἡμῶν, δι οὐ καὶ γέγονε καὶ ἐγι τὰ πάντα, καὶ εἰς ὅν τὰ σωζόμενα πάλιν ἐπανέχεται. ὑπὸ τούτου τοίνυν προαγαπηθέντας καὶ τοῦ γενέσθαι τυχόντας οὐχ ὅσιον ἄλλο τι πρεβύτερον ἀγεν καὶ τιμιότερον ἐκτίνοντας μόνη τὴν χάριν ταύτην μικρὰν ἐπὶ μεγίστοις, ἄλλο δὲ μηδοτοῦν ἔχοντας ἀνενδεῖ καὶ τελείω θεῷ πρὸς ἀμοιβὴν ἐπινόσαι αὐτῷ δὲ τῷ ἀγαπᾶν τὸν πατέρα εἰς οἰκέαν ισχὺν καὶ δύναμιν, ἀφθαρσίαν κομιζομένους. ὅσον γὰρ ἀγαπᾷ τις τὸν Θεόν, τοσούτῳ καὶ πλέον ἐνδοτέρῳ τοῦ Θεοῦ παραδίεται.

28. Δευτέραν δὲ τάξει, καὶ οὐδέν τι μικρότεραν ταύτης εἶναι λέγει, τὸ ἀγαπήσεις τοῦ πλησίου σου ὡς σεαυτὸν οὐκοῦν τὸν Θεὸν ὑπὲρ σεαυτόν. πυθανομένου δὲ τοῦ προσδιαλεγομένου, τίς ἐτί μου πλησίον; οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον Ἰουδαῖος προωρίσατο τὸν πρὸς ἄμματος, οὐδὲ τὸν πολίτην, οὐδὲ τὸν προσῆλυτον, οὐδὲ τὸν ὅμοιον περιτετμημένον, οὐδὲ τὸν ἐνι καὶ ταύτῳ νόμῳ χρώμενον ἀλλὰ ἄνων καταβάνοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἔγει τῷ λόγῳ τινὰ εἰς Ἱερίχῳ, καὶ τοῦτον δείκνυσιν ὑπὸ λητῶν συγκεκεντημένον, ἐρρίψμένον ἡμιθῆτα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ὑπὸ ιερέως παραδεύμενον, ὑπὸ Λευίτου παρορώμενον, ὑπὸ δὲ τοῦ Σαμαρίτου τοῦ ἔξανθιδισμένου καὶ ἀφωρισμένου κατελεούμενον ὃς οὐχὶ κατὰ τύχην, ὡς ἐκεῖνοι παρῆλθον, ἀλλ' ἵκει ἐσκενασμένος ὥν ὁ κινδυνεύων ἐδεῖτο, οἷον, ἔλαιον, ἐπιδέσμους, κτῆνος, μισθῶν τῷ παιδοχεῖ, τὸν μὲν ἕδη διδόμενον, τὸν δὲ προσυποχνούμενον. τίς ἐφη τούτων γέγονε πλησίος τῷ τὰ δεινὰ παθόντι; τοῦ δὲ ἀποκριναμένου, ὁ τὸν ἔλεον πρὸς αὐτὸν ἐπιδειχάμενος καὶ σὺ τοίνυν παρευθεῖς, οὕτω ποίει, ὡς τῆς ἀγάπης βλαστανούσης εὔποιαν.

XXVIII. Alterum autem ordine, nec quicquam priore minus ait esse mandatum, (a) *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ergo Deum supra teipsum. Percontante autem eo, quo cum illi sermo, (b) *Et quis est meus proximus?* non eodem modo, quo Judaei, definivit proximum, id est consanguineum, civem, proselytum, aut qui similiter circumcisus sit, vel una eademque lege usitur: sed hominem inducit, qui procul ab Jerusalem descendat in Jericho: huncque ostendit a latronibus confossum, projectum semivivum in via; quem Sacerdos prætereat, Levites despiciat; Samaritanus vero (spretus ille ac segregatus) misericordia imperiat: venit autem, non casu ut illi secus locum transiens, sed illis instructus quae sic versanti in periculo ac laboranti opus erant, puta oleo, alligaturis, jumento; qui mercedem stabulario partim tribuat, partim se daturum polliceatur. (c) *Quis horum, inquit, fuit proximus, ejus qui dira passus est?* Illoque respondente, *Qui fecit misericordiam in illum.* Et tu, inquit, vade, et fac similiter: quo d' videlicet caritas beneficentiae parens sit.

XXIX. In utroque igitur mandato caritatem documento tradit, ordine tamen ambo haec distinxit; primasque caritatis partes Deo adscribit, secundas vero proximo tribuit. Quis vero alias fuerit quam ipse Salvator? aut quis illo majorem nobis misericordiam impendit, a mundi scilicet rectoribus tenebrarum multis vulneribus, timoribus, cupiditatibus, iris, moeroribus, fraudibus, voluptatibus fere enecatis atque extinctis? Horum porro vulnerum medicus solus est Jesus, qui radicitus vitia prorsus excindat, non sicut Lex nuda effecta (pravarum fructus plantarum) sed qui ipse suam securim malitiae radicibus ad moverit. Hic est, qui vinum (sanguinem vitis Davidiae) sauciis animabus infudit; qui ex visceribus Patris oleum adhibuit, abundantiorique largitate tribuit. Hic est, qui sanitatis salutisque alligaturas, caritatem, fidem, spem insolubiles effecit. Hic est, qui angelos et principatus et potestates, ut nobis ministerio fungantur, sub magna mercede praecepit; nam et ipsi liberauntur a mundi vanitate in revelatione gloriae filiorum Dei. Hunc igitur aequa diligere oportet ac Deum: diligit autem Christum, qui facit ejus voluntatem, servatque illius mandata. (a)

Non

(a) Joan. 14. 23. Mat. 7. 21.

29. Ἐν ἀμφοτέραις μὲν οὖν ταῖς ἐντολαῖς ἀγάπην εἰσηγεῖται· τὰξ δ' αὐτὴν διηρήκε. καὶ ὅπου μὲν τὰ πρωτεῖα τῆς ἀγάπης ἀνάπτετῷ θεῷ, ὅπου δὲ τὰ δευτερεῖα γένεται τῷ πλησίον. τίς δ' ἀν ἄλλος εἴη, πλὴν αὐτὸς ὁ σωτὴρ; ή τίς μᾶλλον ημᾶς ἐλέησας ἔκείνου, τοὺς ὑπό τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότου ὄλιγου τεθαυτωμένους τοῖς πολλοῖς τραύμασι, Φόβοις, ἐπιθυμίαις, ὄργαις, λύπαις, ἀπάταις, ἡδοναῖς; τούτων δὲ τῶν τραυμάτων μόνος ἰατρὸς Ἰησοῦς, ἐκκόπταν ἄρδην τὰ πάθη πρόρριψα· οὐχ ὥσπερ ὁ νόμος ψιλὰ τὰ ἀποτελέσματα, τοὺς καρπούς τῶν πονηρῶν Φυτῶν, ἀλλὰ τὸν ἀξίνην τὸν ἐαυτοῦ πρὸς τὰς ρίζας τῆς κακίας προσαγαγάν. οὗτος ὁ τὸν οἶνον τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου τῆς Δαρείδ ἐνχέας ημῶν ἐπὶ τὰς τετραμένας ψυχὰς, οἱ τὸ ἐκ σπλάγχνων πατρὸς ἔλαιον προσενεγκάν, καὶ ἐπιδαψιλεύμενος. οὗτος ὁ τοὺς τῆς ψυχῆς καὶ σωτηρίας δεσμοὺς ἀλύτους ἐπιδεῖξας, ἀγάπην, πίστιν, ἐλπίδα· οὗτος ὁ διακονεῖ ἀγαγέλους καὶ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας ημῖν ἐπιτάξας ἐπὶ μεγάλῳ μισθῷ, διότι καὶ αὐτοὶ ἐλευθερώθησαν ἀπὸ τῆς ματαίοτητος τοῦ κόσμου παρὰ τὴν ἀποκάλυψιν τῆς δόξης τῶν οἰωνῶν τοῦ θεοῦ.

τοῦ

τοῦτον οὐκ ἀγαπᾷ τίς χρὴ τῷ θεῷ ἀγαπᾶ
δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν ὁ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῶν καὶ
φυλάσσων αὐτοῦ τὰς ἐντολάς. οὐ γάρ πᾶς ὁ
λέγων, μοι κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασι-
λείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ᾽ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα
τοῦ πατρός μου. καὶ, τί με λέγετε, κύριε κύριε,
καὶ οὐ ποιεῖτε ἀλέγω; καὶ, ὑμεῖς μακάριοι οἱ
ὁρῶντες, καὶ ἀκούοντες, ἀμύνετε δίκαιος, μήτε
προφῆται, ἐὰν ποιῆτε ἀλέγω.

30. Πρῶτος μὲν οὖν οὗτος ἐγώ ὁ Χριστὸν
ἀγαπῶν· δεύτερος δὲ, ὁ τοὺς εἰς ἔκεινον πεπιστευ-
κότας τιμῶν καὶ περιέπαντον ὁ γάρ ἐν τις εἰς
μαθητὴν ἐργάζονται, τοῦτο εἰς ἑαυτὸν ὁ κύριος
ἐκδέχεται, καὶ πᾶν ἑαυτοῦ ποιεῖται. δεῦτε οἱ
εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομίσατε τὴν
ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς τοῦ
κόσμου. ἐπείναστα γάρ, καὶ ἐδόκατε μοι φαγεῖν
ἔδιψος, καὶ ἐδόκατε μοι πιεῖν καὶ ξέρος ἥμην,
καὶ συνηγάρετέ με γυμνός ἥμην, καὶ ἐνεδύσα-
τέ με ἱστέησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με ἐν Φυ-
λακῇ ἥμην, καὶ ἤλθετε πρός με. τότε ἀκορύ-
θσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες· Κύριε, πότε
σε εἴδομεν πεινάντα, καὶ ἐθρέψαμεν ἡ διφῶντα,
καὶ ἐποτίσαμεν; πότε δὲ εἴδομεν σε ξένον, καὶ

συρ-

Non enim omnis, qui dicit mihi, Domine Domine,
intrabit in regnum coelorum, sed qui facit vo-
luntatem patris mei. Et, (a) Quid me dicitis,
Domine Domine, et non facitis quae dico?
Et, (b) Vos beati qui videtis et auditis, quae
nec justi, nec Prophetae viderunt; modo tamen
feceritis ea quae dico.

XXX. Primus igitur hic est, qui Christum
diligit; secundus is, qui ejus fideles honorat, et
amore complectitur. Quod enim in discipulum
quis egerit, hoc in se Dominus factum acci-
pit, ac, quicquid illud est, sibi adscribit. (c) Ve-
nite benedicti Patris mei, possidete paratum vo-
bis regnum a constitutione mundi. Esuriyi enim,
et dedistis mihi manducare; siti vi, et dedistis
mihi bibere; hospes eram, et collegistis me;
nudus, et cooperuistis me; infirmus, et visitas-
tis me; in carcere eram, et venistis ad me.
Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine,
quando te vidimus esurientem, et pavimus te; et
sidentem, et dedimus tibi potum; Quando au-
tem te vidimus hospitem, et collegimus? et nu-
dum,

(a) Luc. 6. 40.

(b) Matt. 13. 23.

(c) Matt. 25. 34, &c.

dum, et cooperuimus? aut quando te vidimus infirmum, et visitavimus? aut in carcere, et venimus ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Rursus vero e contrario, ad eos qui haec non praebuerunt: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni ex his minimis, nec mihi fecistis. Alio item loco: (a) Qui vos recipit, me recipit: qui vos non recipit: me spernit.

XXXI. Hōs vocat et filios et pueros et infantes et amicos, et parvulos in praesenti, si cum futura illa in coelis magnitudine conferantur. (b) Ne contemnatis, inquit, unum ex his pusillis, angeli enim eorum semper rident faciem patris mei, qui est in coelis. Alio quidem loco: (c) Nolite timere pusillus grec: complacuit enim Patri dare vobis regnum coelorum. Hac ipsa ratione, etiam Joanne, qui maximus est inter natos mulierum, qui minor est in regno coelorum (suum nimirum discipulum) majorem esse dicit. Ac rursus, (d) Qui recipit justum aut Prophetam in nomine justi aut Prophetae, illus merce-

dem

(a) Matt. 10. 40. Luc. 10. 16. (b) Matt. 18. 10.
(c) Luc. 12. 32. Matt. 11. 11. (d) Matt. 10. 41.

συνηγάγομεν ἡ γυμνὸν, καὶ περιβάλομεν; ἡ πότε σε ἔιδομεν ἀσθενῶντα, καὶ ἐπεσκεψάμεθα; ἡ ἐν Φιλακῇ καὶ ἥλθομεν πρὸς σε; ἀποκρίθεις ὁ Βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς ἀμήν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὃσον ἐποίησατε ἐν τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησατε. πάλιν ἐκ τῶν ἐναντίων πρὸς τοὺς ταῦτα μὴ παρσχόντας, ἀμήν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὃσον οὐκ ἐποίησατε ἐν τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποίησατε. καὶ ἀλλαχοῦ, διῆκόμενος, ἐμὲ δέχεται. ὁ ὑμᾶς μὴ δέχόμενος, ἐμὲ ἀθετεῖ.

31. Τούτους καὶ τέκνα καὶ παιδία, καὶ γήπια, καὶ φίλους ἐνομάζει, καὶ μικροὺς ἐνθάδε ὡς πρὸς τὸ μέλλον ἄγω μέγεθος αὐτῶν. μὴ καταφρονήσῃτε λέγων ἐνὸς τῶν μικρῶν τούτων. τούτων γὰρ οἱ ἄγγελοι διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου ἐν οὐρανοῖς. καὶ ἐτέρῳ, μὴ Φοβεῖσθε τὸ μικρὸν ποίμπον ὑμῖν γὰρ ἴνδοκησεν ὁ πατὴρ παραδοῦναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τοῦ μεγίστου ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννου, τὸν ἐλάχιστον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τούτεπι τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν, εἶναι μείζον λέγει. καὶ πάλιν ὁ δέχομενος δίκαιον ἡ προφήτην, εἰς ὅγμα δικαίου ή προ-

προφήτου, τὸν ἐκείνων μισθὸν λίμφεται. ὁ δὲ μα-
θητὴ ποτίσας εἰς ὄνομα μαθητοῦ ποτίριον ψυ-
χροῦ ὑδατος, τὸν μισθὸν οὐκ ἀπολέσει. οὐκοῦν
οὗτος μόνος ὁ μισθὸς οὐκ ἀπολλύμενός ἐστι. καὶ
αὐθις^τ ποιήσατε ὑμῖν Φίλους ἐκ τοῦ μαρμανῶ-
τῆς ἀδικίας, ἵνα, ὅταν ἐκλίπητε, δέξεσται
ὑμᾶς εἰς τὰς αἰώνιους σκηνὰς^τ. Φύσει μὲν ἀπά-
σαι κτησιν, ἢν αὐτός τις ἐφ' ἑαυτοῦ κέκτηται,
οὐκ οἶδαν οὖσαι ἀποφάνειν· ἐκ δὲ ταύτης τῆς
ἀδικίας ἐνοψίᾳ καὶ πράγμα δίκαιον ἐργάσασθαι καὶ
σωτήριον, ἀναπαῦσάι τινα τῶν ἔχοντων αἰώνιον
οχημήν παρὰ τῷ πατρί. ὅρα πρῶτον μὲν, ὡς
οὐκ ἀπαιτεῖσθαι σε κεκλέψειν, οὐδὲ ἐνοχλεῖσθαι
περιμένειν, ἀλλ' αὐτὸν ζητεῖν τοὺς εὖ πεισομέ-
νους, ἀξίους τε ὄντας τοῦ σωτήρος μάθητάς. κα-
λὸς μὲν οὖν καὶ ὁ τοῦ ἀποστόλου λόγος^τ ἵλαρὸν
γὰρ δότην ἀγαπᾶ ὁ Θεὸς, χαίροντα τῷ διδό-
ναι, καὶ μὴ Φειδόμενον, ὡς σπείροντα, ἵνα μὴ
οὕτω καὶ Θείον, δίχα γογγυσμοῦ καὶ διακρί-
σεως, καὶ λύπης, καὶ κοινωνῶντα, ὅπερ ἐστὶ^τ
τινεργεσία καθηρὰ. πρείττων δὲ τούτου ὁ τῷ
χυρίῳ λελεγμένος ἐν ἀλλῳ χωρίῳ, παντὶ τῷ
teres dixerunt, quod *rarum est, et raritate expanse sum*. Ad proprietatem vocis respexit *Theodoreetus*, in Ps. CXVIII, 83., quem locum, nonnullis omis- sis, exscriptum dedit *Suidas* in ἀσκὸς ἐν πάχυν. ubi ex *Theodoreto* pro ὑπωπίζω, in loco Paullino lege ὑπωπίζω. ὁ ἀσκὸς, inquit ibi interpres eruditissimus, θερμαινόμενος χαυνῶται καὶ φυσώμενος ἔξογοι κοῦται. Hinc iam porro χαύνος est inflatus, tumidus, superbus. χαύνον τι καὶ διαπεφρονημένον (quae vox notanda, Lexicis ignota) dixit *Synesius* in *Dione* p. 39. D. *tumidum quid et elatum*. χαύνος τὰς ψυχὰς inflatos animos habet *Plato* V. de Legib. non longe a principio; vid. et p. 605. Inde χαύνον, de animo dictum, est *turgidum superbia reddere et inflare*. vid. *Wesfel. ad Diod. Sic. L. XV. C. 6*. Verum, ut *Graeci* dixerunt non tantum πυκνὸς vel πυκνὸς τὰς φρένας solide compactus praecordiis, de homine sapiente et prudente, item νοῦς πυκνὸς, de quo plura notavit *A. Schultens* V. Cl. lib. de Defect. hod. L. *Hebr. p. 204.*, sic et *Pindarus* mentem stolidam et ineptam pulcherrime dixit χαύνη πρεπῆ Pyth. II. 112, qui et sublimiore etiam imagine usus, eodem sensu dixit, λευκὰς φρένας. Sed hoc obiter. Fuit et hoc in mente *Clementis*, quem scriberet χαυνῶται τὰς ψυχὰς, quod est *fulta superbia inflare*, ut egregie docet, addens τὰς γνώμας τῶν πλουσίων ταῖς ἡδονῆσι τῶν ἀμέτρων ἐπαινῶν ἐπαίροντες. Potuisset scribere τ. γ. τ. π. τοῖς ἀμέτροις ἐπαινοῖς ἐπαίροντες, ut *Euripides* in *Heracl. v. 322, 323. πολλῷ σ' ἐπαινῷ — ὑψηλῷ*

αἴρω

αἴρω (quod idem est ac hic ἐπαινώ extollo): sed eleganter dixit ταῖς ἡδονᾶς τῶν ἀρ. ἐπαινῶς ἐπ. *Zenonii* apud *Diogen. Laërt.* in vita eius, segm. 114., ἡδονὴ est ἄλογος ἐπαρσίς, id est, ex interpretatione *Cicer. Tuscul. Disp. IV: 6, animi sine ratione elatio*. Atque ita et Noster dixit ἡδονῆς ἐπαίρεσθαι L. I. *Strom. p. 320, 36.*, quod forte hic ipsi obversabatur. Atque adeo non sine acumine et pulcre scripsit τὰς γνώμας τ. π. ταῖς ἡδονᾶς τῶν ἀμέτρων ἐπαινῶν ἐπαίροντες.

6. τὸ δὲ τοῦ λόγου, πῦρ ἐπὶ πῦρ μετοχετεύοντες. Ita *Julian. Ep. 52. p. 437. A.* καὶ τὸ λεγόμενον, πῦρ ἐπὶ πῦρ διχετεύονται. Hoc *Platonis* est, qui ita in libris de Legibus, ubi agit de pueris a vini usu arcendis. Usus est Noster in *Paedag. L. II. p. 178, 15.*, ubi pro *Platonico*, πῦρ ἐπὶ πῦρ διχετεύειν, habet, πῦρ ἐποχετεύειν πυρί. Locus *Platonis* ibi adscriptus est. *Platonis* enim Patrum eruditissimus prae ceteris admirator fuit: et plura supersunt loca, ab Interpretibus non animadversa, quibus *Platonem*, vel descripsit, vel expressit. Atque ideo optime de *Clemente* mereretur, qui hunc cum principe Philosopher diligenter et accurate conferret. Paulo diversa ratione apud Stobaeum p. 443, dicitur, πῦρ ἐπὶ πῦρ γενέσθαι. Quod autem addit, τύφῳ τύφου ἐπαντλοῦντες, etiam proverbii vicem obtinet. *Philostatus* de vita Apollonii L. VIII. C. 7. p. 328. in fine κακοῖς, φασὶν, ἐπαντλοῦντες κακὰ, malis mala, ut est in proverbio, cumulantes. Hoc *Artemidorus* Oneir. L. I. C. 17. p. 20. init. dixit, προσ-

επιτωρεύειν κακὰ: ita enim legendum pro προεπιτωρεύειν. Ei δέ τις, inquit, ἐν δεσμοῖς ὥν ἴδοι τὸν ὄνειρον τοῦτον, προεπιτωρεύει αὐτῷ τὸ δαιμόνιον καὶ ἔλλα τινὰ κακὰ, πρὸς τὸ μὴ ἀπολυθῆναι. Verbum rarius προεπιτωρεύειν, quod Stephanus non habet in Thefauro, reperias etiam in *Arriani Epictet.* L. I. C. 2. p. 16. in fine, et L. II. C. 16. p. 258, 5.

7. *Βάρει Φύτει Φορτίου βαρύτερον.* Recte ita *βάρει* in prima editione, pro quo *Combeſis.* male legit *βάρει*, atque hinc ita habent ceterae etiam editiones. *Caryoph.* non omnino male vertit, *gravibus natura gravius pondus*: sed praefat, *natura sua gravi gravius onus.* In *βάρει Φύτει* subintelligitur *Φορτίφ.* Nimurum πλοῦτος *natura sua* est *grave onus*, sed hoc ipso *gravius ὄγκος*, de quo hic loquitur. Eleganter *fortuna secunda βάρος της Φορτίου*, quod pauci ferant, dicitur *Diodoro Siculo* L. XIII. C. 30., ubi plura *Weselingius.* Aurum et cetera, quae hoc pertinent, sunt *onus Φύτει βάρον.* Sic et inquit Noster T. I. p. 257, 25. iis, qui auri, purpurae, gemmarumque studio ducentur, nec mare Tyrium sufficerit, nec *onera*, quae ab Indis et Aethiopibus deportantur, *Φόρτος δὲ ἀπ' Ἰνδῶν καὶ Αἰθιόπων.* At hoc ita *natura gravi onere gravius onus* est *ὄγκος*, quem divitiis apponunt. Mire ludit in voce *ὄγκος*. Nimurum *ὄγκος moles*, hinc et *onus*, quod eandem originem habet. Ad *ὄγκον Hebr.* XII: 1. hoc scholium, ex *Oecumenio*, legimus, *τὸ βάρος τῶν βιωτικῶν πραγμάτων*, atque ita Graec. *ὄγκον* per *βάρος* ibi passim interpretantur.

Vulg.

Vulg. interpr. etiam *pondus.* *Io. Chrysost.* Opp. T. III. p. 407. B., de *navigiis*: *ὅταν ὑπὲρ ὄγκους ἢ τὸ Φορτίον, βαπτίζει τὸ σκάρος.* scripsit, nisi fallor, una voce *ὑπέρογκον*, quando *onus est nimis grave, demergit cymbam.* Scilicet *ὑπέρογκα*, ut monet vir summus ad *Lucian.* T. I. p. 427, a Graecis proprie dicuntur, quae molem magnitudinis enormem habent, quae immoderata sunt; atque hinc etiam, quae sunt extraordinaria, quaeque hominum oculos ad se convertunt. Ita *Aelian.* Hist. Anim. L. XIII. C. 20. init. *immania cete dicit τἄνητῶν τὰ ὑπέρογκα ἄγαν*, καὶ τὸ μέγεθος *ὑπέρφανα* qui et C. 6. memorat polybum *εἰς ὄγκον σώματος ὑπέρφανον προελθόντα.* Observa hic in transitu proprietatem vocis *ὑπέρφανος*. conf. *Heliod.* Aeth. p. 242. prope ad finem. Hinc igitur et *ὑπέρογκα*, quae iusto graviora sunt, ut *εὔογκα*, quae minime sunt *gravia*; atque ita cibi *εὔογκοι*, qui minore mole ventriculo ingesti non graves sunt, eumque male non habent: de quo *Casaub.* Anim. in *Athen.* L. III. C. 5. — Porro *ὄγκος*, cuius nativa virtus est in *cumulo tumente*, etiam dicitur *τύφος fastus, superbia*, ut et apud Latinos aliquando *tumor*. vid. Cl. noster olim *Arntzenius* ad *Arator.* de Actib. Apost. L. I. 138. In *Athenaeo* L. IX. C. 15. in fine pro *τοιάδε ὡγκόστο*, quod ibi minus commodum, MS. Cod. habet *ῳγκόστο.* Scriptit igitur, ut videtur, *Athen.* *ῳγκόστο*, quod cum coqui, cuius verba sequuntur, arroganti va-

niloquentia pulchre convenit. *Aristoph.* in Raniſ v. 715. *Ei* δὲ ταῦτ' ὅγκωστοιο — ubi vid. quae notavit *Ez. Spanheimius*. — Tandem, cum subiungit *Clemens* οὐ μᾶλλον ἔχοντις ἀφειρεῖν, καὶ περικόπτειν, ὡς σφαλεροῦ νοτίματος καὶ θυντηφόρου, forte etiam respexit usum, quam ὥγκος habet apud Medicos, de quo monuit *Cl. Alb.* ad *Hesych.* v. ὥγκος.

8.) — ἀντισφόρος οὐ πρὸς τὸ ταπεινὸν μεταβολὴ καὶ πτώσις. Nihil quicquam erat causae, cur *Comberfissius* ceterique hanc *Caryophili* versionem mutarent: ex adverso respondet ita tumentis animi in humiliatatem mutatio et depressio.

9.) Φιλανθρωπότερον εἶναι τοῦ θεραπεύειν [ἀνελευθέρωσ.] Non male lacunas, quas prima editio habet, hic explevit *Fellus*, quocirca eum secutus sum. Tantum λόγοις post τὸ συναιρεσθαι delendum censeo. Dubitare non sinit, quod sequitur, ἀπαντά δυνατὸν τρόπον, et quae declarationis causa subiungit, τοῦτο μὲν — de quo mox. Lego hic, τὸ συναιρεσθαι, καὶ τὸν σωτηριαν αὐτοῖς συγκατεργάζεσθαι.

10.) τοῦτο δὲ (λέγω) διὰ τῆς χάριτος τοῦ σωτῆρος ιαμένος τὸν ψυχὴν αὐτῶν Φωτίζοντας, — In prima editione ita legitur: adscripsit autem ad marginem vir doctif. „, videtur παρέλκειν τὸ (λέγω.)” quocirca ille etiam in sua versione, ut et *Comberf.* ceterique Editores omiserunt. Non probbo. Scriptor, nisi fallor, *Clemens*, τοῦτο δὲ λόγῳ

διὰ τῆς χάριτος cet. Dixerat τὸ συναιρεσθαι ἀπαντά τὸν δυνατὸν τρόπον, qua ratione id sit? *Oratione et doctrina*, ut recte in margine notatum: primum *oratione*, et precibus Deo allegatis, τοῦτο μὲν ἔξαιτουμένους — dein *doctrina*, τοῦτο δὲ λόγῳ διὰ τῆς χάριτος τοῦ σωτῆρος ιωμένους τὰς ψυχὰς αὐτῶν Φωτίζοντας nempe, καὶ προσάγοντας. — Ego igitur λόγῳ revocavi. Videtur nimirum *Clemens* scripsisse λόγῳ precibus accedit sermo, quo per gratiam salutiferi Iesu animi hominum sanantur et illuminantur. — Pulchre autem hic iungit Φωτίζειν et προσάγειν, ἐπὶ τὸν τῆς ἀληθείας κτῆσιν cum enim interior mentis oculus illuminatur, ἀληθειαν αὐτὴν ἐποκτεύομεν, καὶ τῶν ταύτης φεύγατων μεταλαμβάνομεν, ut scribit Noster in *Paedagogo* L. II. p. 219, 3, 4. De τῇ ἀληθείᾳ, plura si hic velis, lege Praefat. II. *Casauboni* ad *Gregorii Nysseni* epistolam ad *Eustathium* cet.

11.) καὶ πολιτεία διαθέστως — vitaque institutum affectu probo et legi consono, qui universa Salvatoris amplectatur praecepta. ita bene vertit *Caryoph.* Est egregius *Plutarchi* locus T. II. p. 826. C. ubi vocabulum, et varium usum exponit. Scriptores ecclesiastici institutum vitae πολιτείαν dicunt. Noster in hoc ipso libello §. 40. ita πολλοῦ χρονοῦ πολιτείαν πονηρὰν dicit, multi temporis pravam vitam, pravos mores. Atque ita saepe. Vid. v. c. T. I. p. 268, 3, p. 431, 3. et T. II. p. 867, 20. Nonnunquam tamen eximie de abstinentia et stric-

tiore quadam disciplina adhibetur, ut monuit *H. Valer.* ad *Euseb.* Hist. Eccl. L. V. C. 13., ubi tamen virum magnum minus feliciter pro πολιτείᾳ legere πολιχ, cum Cl. *H. Venema* in Instit. Hist. Eccl. T. III. p. 556, existimo. Lege sic totum Caput. Ceterum sic et alii. vid. *I. Casaub.* Exer. I. ad Apparatum Annal. Baroniū Num. VIII, et in primis quae pluribus de usu huius vocis apud Patres scripsit ὁ πάπας ad *Gregor.* *Nys.* Epist. ad *Eustathiam* ceter. supra cit. p. 65. et seqq.

1. Ὁτι φέρον κάμηλος διὰ τρύματος ραφίδος διεκόπεται, ή — διὰ τρύματος habet prima editio. *Combeffius*, de mutatione ne verbulo quidem monens, vulgavit διὰ τρυπήματος, quod est apud *Math.* C. XIX: 24. Sic et ceteri Editores. Ego τρύματος in pristinam sedem redire iussi. *Hesych.* τρήματα τρυπήματα. vid. et in v. εὐδίαιον, et *Suid.* v. εὐδίαιος. *Aelian.* H. A. L. VIII. C. 16. de spongia: τοῖς τρύμασιν αὐτῆς ὅταν προσπέσῃ τι, cum aliquid in ipsius foramina inciderit. *Foramina*, per quae exseruntur remi, etiam τρήματα dicebantur, notante *Polluce*, I, 88. *Foramen alvei τῆς πίελου τὸ τρῆμα* dixit *Aristoph.* in *Vesp.* v. 141. Quin et ipsum ραφίδος τρῆμα praebet *Anthol. Gr.* L. II. p. 230. διὰ τρύματος habet etiam unus et alter *Codex Luc.* XVIII: 25. Plura, quae ad manum sunt, addere par.

parco. Tango tantum obiter proverbium εἰς τετραγένειαν πίθεν ἀντλεῖν, ut moneam, librarios saepius male pro τετραγένεια scripsisse τετραγένειαν, atque hoc non uno loco in editis esse corrigendum, velut in *Appendice Proverb. Graecorum e Vatic. Biblioth.* Cent. I. num. 97. et in *Biblioth. Coisl.* p. 469.: recte autem vera lectio in textum recepta in novissima edit. *Basilii M. T.* II. p. 181. c. — Διεκόπεται transibit. Respondet hoc verbo διελθεῖν, quod apud *Matthaeum* legimus. Restant plures eiusmodi lectiones ex veteris ecclesiae Doctorum scriptis colligendae, at non pro variantibus habendae, ubi sacrae scripturae verba memoriter modo laudant: quo in genere non raro peccatum.

2. Ἀπογνώντες ἔκυτοὺς ὡς οὐ βιωτόμενοι — Vitam hic intelligit aeternam. Cum S. *Hermae Pastore*, cui Noster, cum pluribus inter veteres, multum, et plus quam par est, tribuebat, saepiuscule conferenda, quae in egregio hoc libello legimus: atqubita et hoc loco. In *Pastore* igitur illo L. II. sub finem p. 102. Nuncius poenitentiae haec dicit: *Credite ergo, qui propter delicta vestra obliti estis Deum; et qui salutem vestram objicientes peccatis vestris, gravatis vitam vestram.* Haec non satis intelligo: sed vix dubium est, quin legendum sit, qui salutem vestram abiicientes, peccatis vestris gravatis vitam. Ex hoc capite haec exscripsit *Antiochus* ibi notata: Πιτεύσωμεν οὖν τῷ θεῷ, οἱ διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν ἀπεγνωκότες τῆς ζωῆς ἡμῶν. Hoc

plane idem est, ac quod hic habemus, ἀπογνόντες ἔαυτοὺς ὡς οὐ βιωσόμενοι, et eodem redit, quod pluribus dictum L. III. Simil. 8. §. 9. p. 113. Alii ex his dubiam mentem habere coeperunt, non sperantes se propter facta sua assequi posse salutem. Ceterum inde et hic ἀπόγνωσις desperatio.

3. τῷ πόσῳ πάντα χαρίζουμενοι. Graeca in sua editione omiserat *Combeſſis*, atque hinc etiam in versione. Ceteri Graeca Clementi recte restituerunt, sed male haec in versione, *Combeſſum* sequuti, neglexerunt: quocirca versio ex prima editione adiecta.

4. ἀπέτησαν πλέον τῆς ἐκεῖ ὁδοῦ. *Caryophilus* verit, *longius a via diverterunt*: non observavit illud ἐκεῖ in τῇς ἐκεῖ ὁδῷ. caeteri, *a via, quae in coelum ducit*. Malim, *longius divertere solent a via, quae illuc ducit*, vel, *quae dicitur in futuram vitam*. — ὁδὸς dicitur de vita et morte, ut monuit D'Orvil. Animady. in *Charit.* p. 522. Sed ὁδὸς ἐκεῖ pro ἐκεῖσε, est mors, cui opposita ἡ ἐνταῦθα ζωὴ, praesens haec vita. *Aristippus* apud *Stobaeum* p. 233, 40. dixit τὴν εἰς ἄδον ὁδὸν. (quod ibi sequitur, ἡ τὴν ἀρχὴν εἰ μὴ ταφῆσῃ, τι σοι μέλει, vertendum, aut si prorsus non sepelialis, quid tibi curae est?) Sed Clemens his etiam imitatus est *Platonem*. *Platonicorum* formula erat, ἐνθένδε ἐκεῖσε οἴχεσθαι, vel Φέρεσθαι (ut in *Phaedro* p. 346. E.) Nostri ἡ ἐκεῖ vel ἐκεῖσε ὁδὸς est *Platonis* ἡ ἐκεῖσε πορεῖα. hinc et Clementi p. 74, 3. mors, ἡ ἐνθένδε ἀπαλλαγὴ,

quam

quam Philo *Iud.* 669. dixit τὴν ἐνθένδε ἀποκλαυ. Vide, quae hic notavit vir eximius Ioan. Pearson in edit. *Hieroclis Petr. Needham*. Hinc et ὡς ἐκεῖ mor-tui. Eleganter *Isocr.* in *Plataico* p. 308. B. εἴτις ἄρα τοῖς ἐνεὶ Φρόνιστι ἐσι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνούμενων. (ἐνθάδε idem ac ἐνταῦθα) si quis defunctis sensus est earum rerum, quae hic in terris sunt.

5. ὅπως τὸ ἀδύνατον ἐν ἀνθρώπῳ ἡ δυνατὴ γίνεται· ἐν ἀνθρώπῳ est pro παρὰ ἀνθρώπῳ, ut videmus §. 21. init. Prima editio et *Combeſſiana* habet ἡ δυν. Mutavit *Fellus* ἡ in θεῷ. Secuti sunt reliqui Editores. Revocavi pristinam lectionem. Sensus est, ut dedi in versione: quomodo hoc (τὸ pro τοῦτο) apud homines fieri posse vel non posse. Forte tamen pro τὸ hic malis τὶ, ut verit *Caryophilus*; quomodo apud homines fieri posse aliquid aut non posse.

6. ἐπὶ τῶν πλουσίων, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς ἐπιφανοῦς σωτηρίας ἥσθημένων. Significat his verbis, se loqui de divitibus, qui Christiana sacra essent amplexi, qui aquam salutarem ingressi, et virtutem Domini ac praeclaram eius salutem cognovissent et percepissent. Plutus ad Jovem apud Lucianum in *Timone* §. 12. ἐπ' ἐκείνους, ὡς ζεῦ, πέμπε με, τοὺς αἰσθητούμενος τῆς, δαρεῖς, ad illos, qui intellecturi sunt, quantum donum sint divitiae, et quomodo iis utendum sit. Sic et *Noster* T. II. p. 882, 24. ἀισθετα τῆς δαρεῖς, ἡς ἔλαθεν. Hic §. 20. ἥσθοντο τοῦ βάθους τῶν λόγων. T. I. p. 348, 9. dicit τὸν αἰσθητον τῆς μεγαλειότητος

τοῦ λόγου, eum qui perspexit maiestatem sermonis. Qui sacri lavaci vim cognoscunt, eos τοὺς ἡσθιμένους τοῦ λυτροῦ vocat *Gregor. Nazianz.* T. I. p. 643. c. In hoc iterum lib. §. 34. est, ὁ γεγενένος τῆς ἀληθείας, καὶ κατηξιώμενος τῆς μεγάλης λυτρώσεως. In principio §. 3. et 4. hos dicit πλουσίους κλητούς, et ἀδελφούς. Nimurum hoc tempore non pauci fuerunt divites, qui Christo nomen darent. Sub *Commodo* scribit *Eusebius Hist. Eccl. L. V. C. 21*, multos ex iis, qui in urbe Roma genere et opibus eminebant, sicut cum universa domo et familia, salutis consequendae causa ad salutarem Dei sermonem accurrisse. At, quamvis in universum singulare et ardens pietatis, charitatis, temperantiae et omnis virtutis etiamnum inter Christi sectatores vigeret studium, constat tamen fuisse, qui turpisimam vitam degenerent, et plures a severiore pietate paulatim defivisse.

7. τῶν δὲ ἀνόητων τῆς ἀληθείας, δλίγον μοι μέλει. δὲ male omisum in edit. Clementis novissima. Verum illud τῶν ἀνόητων τῆς ἀληθείας vereor ut ferat linguae Graecae consuetudo. Legendum, ut puto, τῶν ἀμυντῶν τῆς ἀληθείας. Sic οἱ ἀμύντοι Φιλοσοφίας apud *Stobaeum* p. 610, 46. οἱ παιδεῖς ἀμύντοι apud *Phil. Iud.* p. 169. D. ubi haec legimus: οὐκ εἰδότες οὐν οἱ παιδεῖς ἀμύντοι δικτυάς, οὐδὲ ὄλων πρὸς μέρη, οὔτε γενῶν πρὸς εἶδη, οὔτε τὰς ἐν τούτοις ὅμωνυμιας, πάντα διὰ πάντων συγχέοντι καὶ Φεροντι-

Ul.

Ultimum hoc verbum corruptum. Legendum Φύρωσι, ut recte ex MS. Vatic. edidit eruditiss. *Mangey* T. I. p. 206. Haud raro haec duo, συγχέειν et Φύρειν, iungit *Philo*: velut p. 206. A., et p. 809. D. Ceterum, vel me tacente, nemo non intelligit, τοὺς ἀμυντῶν τῆς ἀληθείας esse paganos, et universe omnes, qui coelestis doctrinae ignari et expertes sint: quorum divitum ergo hic rationem non habet *Clemens*.

§. 3.

1. [διακειμένους] hoc *Felli* est additamentum. Possit et explere ἔχοντας, vel διατεθέντας, quod habet §. 21. in fine. *Iosocr. Paneg.* p. 74. Ε πᾶς ἐν θιστεθεῖεν (ita certissime legendum, ut recte edidit Cl. *Morus*) quomodo sese haberent, affecti essent.

2. μήτε αὖ πάλιν ὑποπίπτοντας αὐτοῖς. — αὖ πάλιν contra, ex adverso. ὑποπίπτειν vertunt assentari; nec prorsus male: adulatoria humilitate se demittere, subiicere, dicunt nonnunquam ὑποπίπτειν. vide quae notavit *Des. Heraldus Anim. ad Arnobium* p. 20., et conf. *Casaub. ad Theophr. Charact. C. II.* Ceterum, ut μὴ καταθρούντεθαι αὐθαδῶς τῶν πλουσίων κλητῶν refertur ad Φιλαδέλφως διακείσθαι, sic μὴ ὑποπίπτειν αὐτοῖς ad Φιλαλήθως διακείσθαι; nihil enim a veritatis studio magis alienum quam adulatio, quae et ipsa sit mendacium, ut egregie docet *Themistius T. II.* p. 110.

3. πρῶτον μὲν αὐτῶν ἔξαρεῖ τῷ λόγῳ τὸν κενὸν ἀπόγνωσιν. Non valde hoc tritum, αὐτῶν ἔξαρεῖ τὸν ἀπόγνωσιν Xenoph. (ed. H. Steph. 2dae) p. 169. 12. ὅπως ἔξελοιμεν ἀλλήλων τὸν ἀπίστιαν. add. et Dio. Chrys. p. 532. B., Philostr. p. 531. in fine, Max. Tyr. 2da §. 3. — τῷ λόγῳ Caryophil. vertit *rationibus*, Combeſſius, *doctrinae radio*, Fellus ceterique, *verbi praedicatione*. Posſis et simpliciter vertere *oratione*; quo ſenſu hic §. 4. init. Vix tamen dubito, quin per τὸν λόγον Clemens hic ſignificet *Sacram Scripturam*, et quod hic magis generatim dicit, ſigillatim expli-
cet, addens, καὶ δηλοῦν μετὰ τῆς δεούσης ἔξηγή-
ſεως τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, — de quo insignis locus
est apud *Lucianum* de morte peregrini T. III.
p. 336, 36. Nimirum veteris ecclesiæ Doctores
ſolent Sacras literas τὸν λόγον dicere. Loca alio-
rum hic adſcribere, nihil attinet. Noster §. 1.
ὁ θεος λόγος, ſed, ut hic, ὁ λόγος §. 36. et etiam
deinde h. l. ſcribens αὐτὸν ὑποβάλλεται Φέρων γυμ-
ναστὴ τῷ λόγῳ. — Pro κακίᾳ, quod habet prin-
ceps editio, Combeſſius recte ſubſtituit κενήν,
quod ceteri Editores et ego etiam recepi: παρί-
χνοις τοῦ αἱ et ē magnam paſſim conuisionem de-
dit, hic et illic etiam apud Noſtrum: vid. p. 346,
27., p. 493., 9.: quibus locis vid. accuratissimus
Sylburgius. Plura ſi diſideres exempla, adiſis Wef-
ſeling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 217., D'Orvil. ad
Char. p. 965., et Albert. ad Hesych. v. γενο-
Φωνίᾳ.

4. εἰτ̄ [ὑπὸ ταυμάτων] hoc ὑπὸ ταυμάτων monſtrum eſt, neque uno piaculo dignum. Ad marginem primæ editionis adſcriptum eſt. Υτ̄ εἰτ̄ ἐπιθαυμάσοι, vel ἐπιτιμᾶσοι, quod in versione ex-
preslit Carioph., deinde increpare, quod timeant,
ubi timendum non eſt. Combeſſius ὑπὸ ταυμάτω-
νι mutavit in ὑπομνημονεύσαι, et in textum rece-
pit: de more ſecuti ceteri. Non absurdum hoc qui-
dem ſenſum implet, cum antegressis tamen minus
convenit, et longius a MSS. recedit; atque hinc
eius loco malui mendosum ponere, uncinis inclu-
ſum. Adiicio et meas coniecturas. Corrigebam pro
εἰτ̄ ὑπὸ ταυμάτων primum εἰς ὑποθημοſύνη. hoc
non longe abit a literarum vestigiis, et ſenſum
ſatis commodum praebet. ὑποθημοſύνη admonitio,
praeceptio. hoc ſenſu hi ſcriptores plerumque qui-
dem adhibent vocem ὑποθήκη, velut Noster T. I.
p. 159, 26, ubi vid. Potterus, et 160, 16.;
nonnunquam tamen etiam ὑποθημοſύνη. ita et T. I.
p. 158, 9, 10. dixit τὰς καθηκόντας πρὸς τὴν δρ-
θὺν πολιτείαν ὑποθημοſύνας. Vid. et Index. Secundum
praeclara Christi praecepta vitam agere Iustin.
Mart. Apolog. prima p. 30, 1, 2. (ed. Thirlb.)
dixit κατὰ τὰς τοῦ Χριſοῦ καλὰς ὑποθημοſύνας βιοῦν.
Deinde autem emendavi, ὅποταν μάθω-
σαι, ὡς ἀδεῖς δεδίκται δέος καὶ, — τότε καὶ προσδε-
κοῦνται καὶ μυσαρωγεῖν, ὅπως —: deinde, ubi didi-
cerint intellexerint, timere ſe ubi timendum non
eſt,

est, — tunc etiam insuper ostendere, et erudire, vel instituere, ut dedit Caryoph. μύσαγωγεῖν plus est quam δεικνῦναι: nec male etiam vertunt institutione catechetica docere; nam ita crebro apud hos scriptores usurpatur. De hac coniectura verbo monui in *Animadvers.* in *Daniel.* secundum LXX. p. 69; neque eius etiam nunc poenitet. Quamvis autem maiori forsitan iure hanc meam correctionem in textum inducere potuissem, quam suam *Combeſſius*, mendosum tamen suo loco relinquere praeoptavi.

5. ἐπαύριοτο τῆς ἐλπίδος. Legitur in prima editione ἐπαύριοτο τῆς ἐλπίδος. in margine adnotatum: οὐ. ἀντέχοντο, vel ἐπαύριοτο ὑπὸ τῆς ἐλπίδος: vertit Caryophil., spem alere possint. *Combeſſius* addidit τὰ, vertens spes alatur: τὰ ἐλπίδος pro ἡ ἐλπίς. Secuti iterum reliqui Editores. Evidem legens hoc ἐπαύριοτο τῆς ἐλπίδος vix dubitabam, quin vera manus Clementis esset ἐπαύριοτο τῆς ἐλπίδος, atque hoc deinde pro certo habui, cum viderem, ita et legendum esse existimare magnum *Valckenarium* ad *Herodot.* p. 589, 77, ubi et monuit, Nostrum dixisse τὰν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαύριοθαι. Locus extat in eodem hoc libello §. 39. in princ. atque hoc idem quod voluit per ἐπαύρεσθαι τῆς ἐλπίδος. ἐλπίς apud hos scriptores, Apostolum fecutus, non raro est res sperata, vita aeterna. Noster et dicere non dubitavit τὴν τῶν μελλόντων ἐλπίδων ἀπόληψιν T. II. p. 869, 19. pro τ. τ. μ.

ἀγα

ἀγαθῶν ἡ. Ceterum ad rem quod attinet, quam praecepit *Clemens*, veram hic rationem consequenda salutis docet, sitam quippe in fiducia collata in Divina benevolentia per Christum quibusvis, gravioribus etiam, peccatoribus exposita, et in vita, (quod hinc sponte sua manat,) ad sanctissima Domini praecepta conformata. Lege et sequentia. Recepit hanc lectionem, tanquam unice veram, in textum.

6. τὴν ἐπίγειν ταύτην περιβεβλημένος περιβολήν sic in prima edit., ita et *Combeſſius* male ceteri ταύτην omiserunt.

7. μήτε τὴν ἀρχὴν ἔσυτδε ἄθλων τοῦ σωτῆρος ἐπικριστέτω. vertit Caryoph., neque se prorsus excludat a fuscipiendis Salvatoris certaminibus. Ceteri, ne se ipse primum a Salvatoris certaminibus prae-misque exclusum ducat. Sensum huius loci eiusque elegantiam perspectam non habuerunt Interpretes. Primo τὴν ἀρχὴν male, si a Caryoph. discesseris, verterunt primum, cum procul dubio hoc loco sit prorsus. Saepe hac parte peccatum. Scribit ad hoc τὴν ἀρχὴν in *Luciani Nigr.* p. 66, ubi eodem sensu occurrit, *Hemsterh.* „Scopulus Interpretum, quem, qui monuerunt ipsi, saepius vitare non potuerunt:” ad §. 2. exemplum iam in *Stobaeo* se nobis obtulit: aliud est in *Dione Chrysost.* Orat. XXVII. in fine p. 288. C. Plura dabit praeter eos, quos laudavit ὁ πάντα *Ioan. Taylor* v. c., ad *Lysiam* p. 161. et ad *Demosth.* T. III. p. 243.

Se-

Secundo minus recte primus interpres in ἀθλον cogitavit de certaminibus, nec melius ceteri certamina et praemia, quae sola hic intelliguntur, coniunxerunt. Olim ἀθλον aequē ac ἀθλος certamen significabat; sed postea ἀθλον non amplius pro certamine positum, sed tantum pro praemio certaminis. Sic et Noster T. I. p. 77, 28. οὐ σμιρνὴν (sic certe legendum) τὸ ἀθλον ἀθλαστα προκείται. Tertio, ut acumen, quod est in eo quod dicit ἑαυτὸν ἀθλον τοῦ σωτῆρος ἐκκηρυξέτω percipitur, observandum, Clementem hic ob oculos habuisse usum, quem habet verbum κύρττω et in primis compositum ἀνάκηρύξτω, in renunciatione victoris voce praeconis. Utamur cum hoc: Thessalus medicus victoriam sibi contra Hippocratem arrogans dicitur Galeno, in methodo therapeut. Opp. T. IV. p. 35, 32. ἀνάκηρυξτόν εἰπεντος αὐτὸς ὁ φ. ἑαυτοῦ. Huic et diametro oppositum hoc Nostri ἑαυτὸν ἀθλον ἐκκηρύξσειν, de eo dictum, qui tantum abest ut vitae coelestis praemia sibi tribuere ausit, ut ex adverso illa in spe non habeat, et se ipse ab aliis repellat et excludat. Hoc ut maxime caveat, divitem monet auctor, idque operam det, ut fidem Christianam, quam profesus est, constanter servet, omnemque spem et fiduciam non in se, sed in admirabili summaque Dei bonitate collocet. Ceterum ἐκκηρύξσειν Graeci uti solent pro voce praeconis expellere, eicere in exilium. Sic apud Lysiam p. 227. ἐξεκηρύχθητε ἐκ τῆς πόλεως,

et

et p. 488. ἐκκηρυγμένος ἐκ τοῦ ἀσεος ὑπὸ τῶν τράκουτα. p. 936. hoc dixit ἐξελάσαι τῆς πόλεως.

8. ἀνάσκητος καὶ ἀναγόντος μενος. Vox ἀναγόντος non admodum frequens. Suidas in v. Xenophonem laudavit, cuius mentem bene ibi exposuit Kusterus. Thucyd. L. IV. C. 92. ἀναγόντοι ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἀπίστοι, ubi nihil mutandum.

9. ἀκοντὶ κανιδρωτὶ — El ganter Philo I. p. 209. B. οὐκ ἴναιματὶ μενον, ἀλλὰ καὶ ἀκοντὶ προτεῖν, non tantum sine sanguine, sed et sine pulvere vincere. Noster de genuinis Christi sectatoribus T. I. p. 558, 9. οὐκώντες ἐν τῇ πάλῃ οὐχὶ δὲ ἀκοντὶ σε-Φανούμενοι. Quod ad rem, conf. Clemens Romanus, qui dicitur, Epist. II. C. 7, et verus Clemens Ep. I. C. 7, cum nota Iunii.

10. αὐτὸν ὑποβαλέτω Φέρων γυμναστὴ μὲν τῷ λόγῳ, ἀγωνθέτη δὲ τῷ Χριστῷ. Plura hic observanda. Primo: insignis significandi vis, quae est in participio Φέρων, praeterit Interpretes, αὐτὸν ὑποβαλέτω Φέρων vertentes, se tradat, cum sit, se ultro, lubenti animo, tradat: de quo eruditio reconditae plena est adnotatio Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 349. Conf. et Wesel. ad Diod. Sic. T. II. p. 587. Habe hic alia exempla ex Clemente T. I. p. 481. 15. egregie de Noacho cura ac providentia divina ex communī clade servato: Φέρων γὰρ αὐτὸν ἀνέβη τῷ θεῷ, propenso enim animo et summo studio se Deo dedicavit. sic iterum de veteribus, qui ex lege vixerunt p. 494, 19. ὅλους αὐτοὺς Φέροντες ἀνέβαινε τῷ θεῷ. paulo aliter p. 40, 15. ipsum

Ipsum illud, quod hic habemus, legitur apud Aeschinem contra Ctesiph. in *Orator.* vett. (ed. Steph.) p. 66, 25. ἀδικήσας τὸν Φλίτπον, κακεῖθεν ἀποδράς, ὑπέβαλεν εἰώντὸν Φέρων Θηβαῖον. Porro ad haec, γυμνασῆ μὲν τῷ λόγῳ, ἀγωνίσθετο δὲ τῷ Χριστῷ, conferamus duo auctoris loca; quorum prior est in *Protrept.* T. I. p. 77, 25. ubi eleganter ἀποδύσαμενοι δὲ σὺν περιφανῶς ἐν τῷ τῆς ἀληθεῖας σαδίῳ γυμνίσας ἀγωνίζεσθα, βραβεύοντος μὲν τοῦ Λόγου τὸν ἄγιον, ἀγωνίσθετο δὲ τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων: alter L. I. Strom. p. 346, 22. ὁ γάρ τοι Λόγος, καθάπερ τὸ κήρυγμα τὸ Ὀλυμπιάσι, καλεῖ μὲν τὸν βουλόμενον· σεφανοῖ δὲ, τὸν δυνάμενον. — Utroque loco ὁ Λόγος est Christus Dei filius. priore loco est βραβεύων, qui praemium certaminis dat, posteriore qui coronat, quod eodem reddit. Deus, pater universitatis rerum, est ἀγωνίσθεν, sive ἀγωνίσθητο, certaminis arbiter, qui praeest certamini. Hunc humano longe maiorem honorem hoc loco tribuit Christo. ὁ Λόγος igitur aliud quid hic est. rationem intelligit Caryophilus, quam certe non semel ita dicit Clemens: Combefissus iungit sermonem et rationem: Fellus, ceterique verbum (quod idem erit ac sermō) et rationem. Sic etiam paulo ante, ut vidimus, ἄλλα vertebat certamina et praemia. Alterutrum procul dubio voluit Clemens, et, nisi fallor, ut iam monui, verbum divinum, sacram scripturam. Hanc non male γυμνάζῃ dicit, de quo plura dabit Perizon. ad Ael. N. H. L. II. C. 6: reddunt palestrae magistrum. malim cum Plinio multi.

L. XXIII.

L. XXIII. Natur. Hist. C. 7. exercitatorem dicere, qui et, ut sequitur, partim cibum et potum, partim exercitamenta praebet.

II. [ἐπιεικεῖα] Fellum, qui defectum in Codice ita explevit, hic secutus sum. Ceterum eximius de his virtutibus Philonis Iud., qui delectatur metaphoris ab Olympico certamine desumptis, locus est de Agricult. p. 204. E., ubi scribit, eum agonem Olympicum iure tandem sacrum dici, non, quem Elei celebrent, ἀλλὰ τὸν περὶ κτήσεως τῶν θείων καὶ διαιρέσιων ὡς ἀληθῶς ἀρετῶν. Animus hic in primis advertit illud Ὀλυμπίων.

12.) ὅταν ἐσχάτη σάλπιγγι ὑποσημῆνη τοῦ δρόμου, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἔξοδου. — Vox quaedam hic intercidisse videtur. Legebam olim τὸν δρόμου τέλος: (Apostolus 2 Tim. IV: 7, τὸν δρόμου τετέλεκα) sed duo obstant: primo, cursoribus signum tuba dabatur auspicandi cursus causa, non quum cursum absolvissent: secundo τῆς ἐντεῦθεν ἔξοδου tum mutandum in τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον. Lego iam δ. ε. τ. ὁ. τὸν τοῦ δρόμου καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἔξοδου καὶ πᾶν, quod ob sequens καθάπερ a librario facile omitti potuit. Nimirum, qui stadium ingressuri essent, tempus suum, signo dato indicandum, expectare debebant. A. Seneca de Beneficiis L. II. C. 25, cum dixerat, eum, qui gratus futurus est, statim dum accepit, de reddendo cogitare, ita pergit: Chrysippus quidem dicit, illum velut in certamen cursus compositum et carceribus inclusum,

K

op-

opperiri delere suum tempus, ad quod velut dato signo profiliat. Iungit ita Clemens τὸν δρόμον et τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον, dicitque tempus utriusque, ultimae tubae clangore signum dante, patesfactum iri. ἐσχάτη σάλπιγξ in mentem nobis revocat locum Apostoli 1 Cor. XV: 52, unde sumtum: cf. et Thess. IV: 16. Forte hic existimes pro ἐσχάτῃ σάλπιγῃ, scripsisse nostrum ἐσχάτη σάλπιγξ, sed bene se habet ἐσχάτη σάλπιγγι ὑποσημήν, subintellecto, qui proxime sequitur, ὁ ἀβλοβέτης, Iesus noster, Apostolo ὁ Κύριος loco postremo: possis et ὑποσημήν impersonaliter accipere ex more Hebreo, ut σαλπίσαι priore loco, et quomodo etiam Diod. Sic. T. I. p. 551, 46. ὅταν σημήν, cum signum datum est: ubi notavit Weselling. — Verum loco utroque laud. tubae sonitus memoratur novissimo die; hic signum est cursus et excessus e vita. Qua ratione haec inter se conexa sunt et apta? Si οὐ ἐντεῦθεν ἔξοδος, cum vita, quam hic vivimus, sit stadium, (ut hic ἐν σχήμα τοῦ βίου,) mors est, quomodo et passim apud hos in primis scriptores, velut Io. Chrysost. Homil. XXXVI. in Genesin, ubi ἀπόλυτος, οὐ ἐντεῦθεν ἔξοδος παλεῖται, quomodo et hic §. 42. absolute οὐ ἔξοδος, existimandum esse videtur, Nosstrum ita scripsisse, quia singulis hominibus mors est velut dies postremus, et, ut significaret, tanta perniciitate stadium esse percurrentum, ut quantum ad metam perveniat, paene instar Pluti

LII

Lucianei T. I. p. 130, 41. seqq. Quo et pernet egregius Virgilii locus Aen. L. V. vs. 315. —

Haec ubi dicta, locum capiunt, signoque repente

Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt,

Effusū nimbo similes: simul ultima signant: hoc est, ut Servius exponit, intuentur, et non tantum ultima spatia, id est finem currendi aviditate vincendi. Diversum nonnihil est, sed elegans, quod habet Aristides T. I. p. 16. de perpetuis et cognatis inimicis υφ' ὡς, inquit, καὶ σῖκοι καὶ πόλεις ἀνάσταται γλυκοτάτη πρὸν σάλπιγγος ἀκοῦσσαι, εἰ quibus et aedes et urbes ante tubae bellicae sonitum evertuntur. Enimvero, cum plerique veterum in ea versarentur opinione, quorsum et spectat illud §. 40. περὶ ἔναστα βοῆ τὸ τέλος πάντων, non longe abesse iudicium novissimum, forte Clemens illum intelligit e vita excessum, de quo et locis laudatis Apostolus, qui, morte non interveniente, miranda mutatione absolvetur, et cursum, qui tum conficietur, ad vitam coelestem consequendam; qualem fere describit Philo in vita Mosis L. III. sub finem: οὐδὲ γὰρ ἀγαλαμβανόμενος, καὶ ἐπ' αὐτῆς βαλβίδος ἐτῶς, ἵνα τὸν εἰς οὐρανὸν δρόμον διανύῃ διπτάμενος. — iam enim assūmendus, et in ipsis stans carceribus, ut inde ad coelestem metam evolaret. — Post haec adscribe etiam egregium eius locum in fine libri de Agricultura p. 213. D., ubi et notabis rarius verbum σαδεύειν.

13.) τῷ ἀθλούτῳ παρατῇ νικηφόρος, ὁμολογητὸς τῆς ἀνω πατρίδος ἀξιος. Ita habet princeps editio: male *Combeffisius*, lectore hic etiam non monito, mutavit in διολογημένως, versione ad hanc quoque lectionem ita refcta, certaminum praesidi victor praesentetur, coelesti palam dignus patria. Secuti de more sunt ceteri Editores. *Caryoph.* reddiderat: certaminum auctori se fstat renuncian-
dus victor coelesti patria dignus. ὁμολογητὸς τῆς ἀνω πατρίδος ἀξιος est, qui sine controversia coe-
lesti patria dignus est, quem hoc praemio dig-
num non tantum renunciet Iudex, sed et quem
omnes hoc dignum esse existiment. Ita *Ioscr.* in
Paneg. p. 47. B. οὐ τοὺς ὑπὸ πάντων διολογουμέ-
νους καὶ πράτους γενομένους, καὶ —: convenit ἀξι-
νικος apud *Xenoph.* *Cyrip.* L. I. p. 14, 33. (ed.
Steph. 4. 1561.) *victoria dignus.* Noster T. II.
p. 882, 24. αἰσθεται (ὕσθετο) τῆς διαρεᾶς, ἢ
ἔλαβεν, ἀξιος γενομένος τοῦ τυχεῖν. *conf. et Luc.*
XX: 35., et *Apocal.* III: 4. Ipsae admirantur
κακοῦργοι Δυνάμεις, ut scribit Noster *Strom.* L. II.
p. 487, 19., ubi et, ut hic, utitur voce νικηφό-
ρος. Egregie ita de Christo in *Protrept.* p. 93,
38. καλλιτον θέμια τῷ πατρὶ ὑιὸς ἀιδίος νικηφόρος.
Exstat ap. *Ezech.* *Spanh.* de praestantia et usu
Num. Antiq. Disf. VII. p. 408, numus *Antiochi*,
eo nomine Sexti, Βασιλέως Ἀντίοχου θεοῦ ἐπιφα-
νοῦς νικηφόρου. De vero Deo *Philo Iud.* p. 198.
E. ὕμνον ἀδειν τῷ νικηφόρῳ καὶ καλλικρ θεῷ.

14.) εἰς ἣν μετὰ σεφάνων καὶ κηρυγμάτων ἀγγε-
λιῶν ἐπανέρχεται. Ut de uno hic paulo ante nu-
mero multiūdinis σεφάνων τυγχάνειν, τῶν σεφάνων
τῆς ἀφθαρτικής μεταλαβεῖν, ita et hic. Eleganter
Philo de migr. Abr. p. 392. D. illud Dei ad Ja-
cobum patriarcham, ἀποτέλου εἰς τὴν γῆν τοῦ πα-
τρὸς σου, καὶ εἰς τὴν γενεάν σου, καὶ ἔσομαι μετὰ
τοῦ, allegorice exponens, hoc modo, γέγονας μοι
ἀθλητὸς τέλειος, καὶ βραβείων καὶ σεφάνων ἡξιώθης,
ἀγωνισθεούσης ἀρετῆς, καὶ προτεινούσης ἀθλῶν τὰ
ηκητήρια. Idem L. II. leg. Alleg. p. 74. 6. ὅταν
τελειωθῆς, καὶ βραβείων καὶ σεφάνων ἡξιωθῆς. *Chry-
soft.* Orat. 92. in S. *Martyr. Julianum*, paulo
post principium habet, τοὺς ἀποκειμένους αὐτῷ σε-
φάνους: atque ita pluralem num. pro singulari, et
vicissim, frequentissime ponit, pluribus praeter alios
docuit Cl. *Schrader Anim.* in *Musaeum* p. 130,
131. Scribit Noster *Strom.* L. VII. p. 872. init.,
quemadmodum in gymnicis certaminibns, sic et
in ecclesia esse σεφάνους ἀνδρῶν τε καὶ παῖδων. hic
praestantiorem intelligit coronam. *Philo L.* III.
Legis Allegor. in fine p. 1107. σπουδῶν σεφά-
νωνται, κατὰ τὰς τοὺς ἄλλους ἀπαντας νικῶσης ἡδο-
νῆς, καλὸν καὶ εὐκλεᾶ σέφανον, ὃν οὐδεμίᾳ παν-
ηγυριος ἀνθρώπων ἔχειται (forte διώρηται donavit.) —
Ceterum, ut hic *Clemens iungit σεφάνους καὶ κη-
ρυγμάτα*, sic et apud *Philonem libr.* de legat. ad
Caium p. 998. E. legitimis σεφάνους μετὰ κηρυ-
γμάτων λαμβάνειν. Praeconis fuisse victorem ἀνακη-
ριζει, Cl. *Arniz.* ad *Paneg.* Vet. T. I. p. 207,

praeter alios etiam monuit. Ad τὸ ἐπανέρχεται γε fertur, quae hic in principe editione reperitur, annotationis, „Origenis innuitur damnata opinio de praeexistentialia animarum in coelis.” Nimurum opinabantur tum, hanc esse *Origenis* homiliam. *Clementis* hic patrocinium suscepit *Combesius*. Τὸ ἐπανέρχεσθαι reverti non urgendum. Est haec solemnis quaedam hac in re loquendi formula, quae non vexanda: confer. *Horatii Carm. L. IV. 11. 17.*

Sive, quos Elea domum reducit

Palma coelestes. —

Qui in Olympicis et reliquis Graeciae Iudis victores corona donabantur, divini paene habebantur.

§. 4.

1. Δοις τοινῦ ἡμῖν ὁ σωτῆρ. — Ita fere sacrarum literarum expositionem auspicari solebant veteres, in primis *Clementis* nostri discipulus et successor *Origenes*, ut monuit *Io. Pearson*, in Vindict. Ignat. T. II. Patr. Apost. *Coteler*, p. 318. a. In prima edit. pro ἡμῖν male expresum ὡμῖν, quae duo saepe confusa recte in versione est nobis.

2. ὅδε. Sic habet prima editio, pro quo *Combesius*, atque adeo ceteri, ὁ δὲ. Ita nempe haec in Cod. Scripto leguntur: ὅδε χαριζεται δεομένοις, καὶ αἰτούτας δίδονται, καὶ λύει τὴν ἀγγοιαν. — ex *Combes.* editione hic etiam in ceteris propagatum, λύει τε τ. ἀ. pro καὶ λύει. Ceterum, hic λύει τὴν ἀγγοιαν, quod vertunt solvit, est tollit igno-

ran-

rantium, ut *Ael. V. H. II: 13.* prope finem, de Socrate ἵνα λύσῃ τὴν τῶν ξένων ἀποφλέν, ut tolleret peregrinorum dubitationem.

3. ἀπερ ἡμᾶς ἐν τοῖς εὐαγγελοῖς ἀχρεῖ νῦν διετάρασσεν — ἡμᾶς habet prima edit. Ceterae ὡμᾶς. *Caryoph.* in versione etiam *Vos.* Verum, ut hic §. 22. princeps ed. ἀλλὰ μηδὲ τοῦθ' ἡμᾶς ἐπιταρασσέτω. et *Caryoph.* ibi nos, *Combesio* praeeunte, omnes posteriore loco quoque ὡμᾶς. Hic nihil mutandum videbatur: est ἀνακοινωσίς, quae Divinis et his etiam scriptoribus frequens, atque ad benivolentiam conciliandam valde hic erat opportuna. Per τὰ εὐαγγέλια, quamquam, amplificata potestate, antiquis ecclesiae doctoribus, (v. c. *Iustino Mart. Apol. I. p. 96, 40, ed. Thireb.*) universè etiam indicantur omnes commentarii sacri, hic proprie dicta Euangelia intelligit *Marci* nempe, *Matthaei* et *Lucae*: conf. §. 5.

4. ἐκπρευμένῳ αὐτῷ εἰς δόδῳ. Hunc locum dedimus, nonnullis, quae hic sigillatim notare nihil attinet, refictis ad primam editionem. Ita autem hunc contextum ex *Marco* laudat *Clemens*, ut in haud paucis diversus ab eo, quem nos iam legimus. — Male post πάντα ταῦτα ἐφύλαξε (ἐφύλαξά μνι apud Euangel.) a librario omissum ἐκ νεώτητος μνι, quod *Caryoph.* habet in versione, et quod auctor egregie urget §. 8. Sed sunt hic quae-dam quoque, quae in nullis, qui inspecti sunt, Codicibus, reperiuntur, ut illud, εὐκολώτερον διὰ — κάμηλος εἰσελεύσεται, et deinde ἐν δε τῷ ἔχρωμένῳ

K 4

ζωή.

ζωή ἔσιν αἰωνίος· quaedam in paucis, velut in priore illo βελόνης pro δάφνος· de qua utraque voce vide Polluc. L. X. §. 136.: add. Thom. M. v. Βελόνη, et Hesych. v. δάφνις. Mitto variationes, quas hic habes v. 29., et omissa verba v. 27. τάντα γάρ δύναται ἔσι παρὰ τῷ Θεῷ. Verba πάλιντον δύσι ἔχει, καὶ διάδος πτωχοῖς — καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι laudat Noster in Paedag. L. II. p. 198, 5. (ed. noviss.) hoc modo: πάλινσόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ πτωχοῖς δός· καὶ δεῦρο ἡ μ., ubi et breviter exponit; ut et Strom. L. III. p. 537, 5. εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι, πωλήσας τὰ ὑπάρχοντα, δός πτωχοῖς: sic variat; quin et pro his, εὐκολώτερον διὰ τῆς τρυμαλίας — argumento, in quo versatur, ista accommodans, habet Strom. L. II. p. 440, 5, θάγητον κάμηλον διὰ τρυπήματος βελόνης διελεύσθαι, ἢ πλούσιον Φιλοσοφεῖν. Ita solet Clemens. Aliud exemplum, si placet reperies Paed. L. I. p. 141, 12. Videmus hinc et ex pluribus aliis locis, Clementem forte iam habuisse Codicem interpolatum, certe memoriter saepe laudasfe loca scripturae.

§. 5.

1.) ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσιν — Matthaeo nempe et Luca: Ioannes enim non habet.

2.) Δεῖ δὲ σαφῶς εἰδότας, ὃς οὐδὲν ἀνθρωπίνος διατύπ. — Vertit Combefisius, et ceteri ipsum sequuti, Decet autem nos, qui aperte sciamus, nihil Salva orem quasi humano more locutum esse: — unde

il-

illud *quasi?* an, quia dicit ὃς? — sed ὃς est pro ὅτι. Melius Caryophilus, Oportet autem, pro certo habentes, nihil esse dictum, a Salvatore humanitus. Σαφῶς γινώσκειν, εἰδέναι, saepe quidem dicit, perspicue palam cognoscere, scire, ut apud Eurip. in Supplic. v. 211., (qui et ita dixit σαφῶς μηνύειν in Hippol. v. 1076, ubi Valck.) apud Aristoph. in Pluto v. 360, atque ita crebo apud Dionem Chrysost., p. 14. C., p. 69. A., p. 323. A. 495. B.; nihil tamen hic causae erat, cur illud Caryophili, pro certo habentes, mutaretur, quod hic non minus commodum; σάφης etiam est certus, (de quo F. L. Abresch. in Auctar. dilucid. Thucyd. p. 349;) et hinc σαφῶς γινώσκειν pro certo cognoscere usū quoque teritur: vid. Isocr. περὶ τῆς Ἀντιδόσ. p. 311, A., et Polyb. L. II. C. 64, 3.

3. τὰ ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ κυρίου δοκοῦντα ἡ πλάσται πρὸς τοὺς μαθητὰς. — Primum haec ita intelligebam, ut significant, illa, quae ab ipso domino indentur discipulis simpliciter esse dicta, argumento, quod his opponantur τὰ ἡνιγμένως ὑπειρημένα: ita enim solent Graeci, ut egregie docuit Cl. F. L. Abresch. Anim. ad Aeschyl. L. III. p. 169. Idem igitur hoc fuerit, ac quod deinceps dicit τὰ δέξαντα ἀπλᾶς ἐξενηγόρθαι. Verum, re diligentius considerata, mutavi sententiam, inductus primo τῷ αὐτοῦ ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ κυρ., in mente hic habuit locum Marci C. IV: 10. et seqq.: Secundo, cohaerentia verborum docet, quae sequuntur, τὰ νομιζόμενα ὑπὸ αὐτοῦ διογχθαι τοῖς ἔσω, — referri

ad haec τὰ ὅπ' αὐτοῦ τοῦ κυρ., — adeoque ἡπλῶσ· οὐ tantumdem esse ac διοῖχθαι, id est, ut vertunt Caryophil. ceterique, *exposita esse*: atque ita hi Scriptores interdum ἀπλῶσι usurpant. Sic Noster etiam T. I. p. 89, 40. ἀπλῶσας δὲ ὁ Λόγος τὴν ἀληθείαν, ἔδειξε τοῖς ἀνθρώποις τὸ ὑψος τῆς σωτηρίας, *Verbum autem veritate explicata, hominibus salutis sublimitatem ostendit*. Rem si spectes, forte ita existimavit Clemens, ut hic scribit, quia quae aenigmatische, id est per parabolas, dicta sunt, audientem et legentem in rem praesentem adducunt. In proximis ex prima editione hic iam legis ἐτι καὶ νῦν.

4. τὰ νομιζόμενα ὅπ' αὐτοῦ διοῖχθαι τοῖς ἔσω. — ita MS. Cod. habet, pro quo Combesius. ceterique dederunt διανοῖχθαι, quod quidem magis usitatum, apud hos in primis Scriptores; nec tamen διοῖχθαι idcirco sede sua pellendum erat. Ita nimurum non tantum dicitur παραπολγεῖν, sed et παρολγεῖν: exempla, si desideres, dabunt Berglerus ad Alciph. Epist. p. 341, et Sallier. ad Moer. Att. p. 316.; verum et ipsum διοῖχω abunde habet, quo se tueatur. Ιδοὺ διοῖχω habet Soph. in Aiace v. 346. δινηγύσαι τὸ σόμα εἰς άριστα, Athen. L. IX. p. 394. F. Philo Iud. p. 485. A. σὺ τὸ σόμα ἀπέρραμψέν εἶξελυτας, σὺ διοῖχε p. 491, E. οἱ δὲ κάνει ποτε τοὺς ὄφθαλμους διοῖχειν. p. 360. A. ὥσπερ ἐκ βαθεώς ὑπνου διανοῖχες τὸ τῆς ψυχῆς σόμα. at MS. medic. ibi διοῖχειν. Noster quoque Strom. L. V. [p. 690, 19. ὁ νῦν τὰ πνευματικὰ διοῖχ,

διοῖχη, διοιχθέντων τῶν τῆς διανοίας διμάτων, qui et διοῖχε dixit, L. II. p. 454, 39. διὰ τῆς τῶν Γραφῶν παραβήσεως τε καὶ διοῖχεως, quod defumtum ex Act. Ap. XVII, 3. διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν διανοίγων καὶ παρατίθεμενος, — quae verba primū recte intellexit et explicitū Hemst. ad Ari-troph. Plut. p. 244. — Porro, διοῖχειν, et διανογεῖν ad imitationem Hebraeorum hic et alibi (Conf. Luc. XXIV: 32.) est docere, explicare. — οἱ ἔσω, qui ante οἱ μαθηταὶ; οἱ ἔξω l. c. Marc. IV: 11., qui non erant Christi sectatores. Paullo i Cor. V: 12 οἱ ἔξω sunt Christiani, οἱ ἔξω, qui ad sanctissimam Christianorum societatem non pertinent. Pythagorae sectatores non initiatos praeceptoris sui mysteriis appellabant etiam τοὺς ἔξω. Veteris ecclesiae doctores pari ratione ita dicunt, qui ipsis alias ἀμύνοτο. vid. v. c. Basil. M. T. I. p. 2. E: ita et Noster T. I. p. 301, 29. Huc referuntur et τὰ ἔξωθεν 326, 30.

5.) ἡπουγε τὰ δοξαντα. — Cohaerent ὅπου δὲ καὶ τὰ — ἡπουγε τὰ. — Combesius, qui eum sequi sunt, mentem Clementis prorsus perverterunt, illud ἡπουγε referentes ad proxime antegressa χρήζει Φροντίδος πλείονος et reddentes quam. Sensum unius, ut saepius, perspectum habuit Caryophilus, ἡπουγε vertens certe: non deterius multo magis: ita ἡπου ponitur praecedente ὅπου, ut vel Lexica docent. Sententia huc redit; quandoquidem autem et illa, quae censentur ab ipso explanata suis, iisque, quos regni filios vocavit, maiori adhuc inda-

gatione opus habent, (ut iam dixerat) *multo magis quae ridentur probata simpliciter, quaeque proinde audientes non rogabant ut exponeret — non perfunctorie auribus sunt haurienda cet.* De rebus triplicis generis a Domino traditis hic loquitur Auctor: de iis nempe, quas Optimus magister discipulis suis exposuit; de iis, quas per parabolias docuit; tandem de iis, quae simpliciter protulit, et non explicitum. Iam prius genus dicit majori etiamnum consideratione indigere, quam alterum; quod si ita sit, tertium certe genus postulare, ut ad illud prae ceteris animum advertamus, in adyta eius penetraturi.

6. εἰς ὅλου δὲ τὸ τέλος αὐτὸς τῆς σωτηρίας διαφέροντων, ἐσκεπασμένων δὲ θυμιατῷ, καὶ ὑπερουργικῇ διανοῖς βάθει. Vidimus iam in antegressis, quam negligenter *Combefisius* ceterique eum ducem sequi egregium hunc libellum ediderint: habemus hic novum exemplum: pro ἐσκεπασμένων, nempe quod hic locus omnino requirit, exhibit σκοπήσομένων. — διανοῖς βάθος est profunditas mentis, sententiae: §. 26. dixit βάθος λόγων: paulo ante τὴν ὑπερβολὴν τῆς Φρονήσεως. *Chrysost.* T. III. p. 400. E. dixit ἀναπτύσσειν τὸ βάθος τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου. *Agapetus in Ἐκθέσει Κεφαλαιῶν παραινετικῶν* No. 42. εἰς τὸ βάθος τῶν νοημάτων ἔσυτὸν ἐμβάλλειν. Noster hic paulo post eleganter καθίέναι τὸν γοῦν ἐπ' αὐτὸν τὸ πνεῦμα τοῦ σωτῆρος καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀπόρρητον. *Basilius M.* non dispari prorsus modo T. I. p. 2. A. τῆς βαθείας καρδίας τοῦ συγγραφέως (de Moyse

Moysē ferme est) ἐφιέσθαι. Alio autem sensu βάθος γνώμης §. 36. — ἐσκεπάσθαι θαυμασῷ ὑπερουργικῷ διανοῖς βάθει est, ut reddit *Caryoph.*, operatum habere admirabile ac supercoeleste profundum sensus. — dicit τὸ τέλος τῆς σωτηρίας, quia homini Christiano τέλος est aeterna salus, sempiterna salus, sempiterna in Deo requies, ut docet Noster T. I. p. 160. in princ. Conf. et omnino p. 587, 15. διαφέρειν εἰς τὸ τέλος τῆς σωτηρίας est conducere ad s. f. quo sensu πρὸς magis in usu est: *Aeschin. Socr.* ita p. 48. (ed. *Horr.*) τὰ διαφέροντα πρὸς τὸν βίον. Noster permuat: scribit T. I. p. 327, 14. τὰ μὴ συμβαλλόμενα (idem ac διαφέροντα) εἰς τέλος, sed p. 326, 32. τὰ οὐδὲν συμβαλλόμενα πρὸς τὸ τέλος. Verum orationem paulo impeditiorem reddit ille genitivus εἰς — διαφερόντων, ἐσκεπασμένων —: capi haec posunt, ut puto, pro genitivis, qui dicuntur, *absolutis*, ita ut sensus sit: Cum et conducant ad totum ipsum salutis finem, et operant habeant admirabilem ac supercoelestem altitudinem sensus.

7. οὐκ ἐπιπολαῖς δέχεσθαι ταῖς ἀκοαῖς προσῆκεν. — Quod hic, scribit, est quod *Origenes Opp.* T. I. p. 782. A. dicit ἀκοῦσαι τῆς βαθύτητος τῶν εὐαγγελίων. — Pro προσῆκεν quis forte existimet legendum προσῆκει. Verum in hoc verborum genere imperfectum saepe ponitur pro *praesenti*. Sic Noster προσῆκεν T. I. p. 200, 36. iterum p. 211, 37. p. 287, 6. p. 476, 7. p. 590, 31. p. 602, 13. atque ita hic καθῆκεν §. 13. init. προσῆκεν etiam

etiam *Basil.* M. T. I. p. 2. A., et alias. *Ioscr.* de se in fine *Orat.* de *permusat* p. 346, βεβιωκώς μέχρι τχυτοὶ τῆς ἡμέρας, ὥσπερ προσῆγε τοὺς εὔτεβεῖς καὶ θεοφίκεις τῶν ἐνθρώπων. Sic et *Col.* III: 18. ὃς ἀνήκει ἐν Κυρῷ. Plura si desideres, adi *D'Orvil.* Anim. in *Charit.* p. 669, 670., et *Oudendorp.* ad *Thom.* M. 920.

§. 6.

1. περὶ κεφαλαίου τῶν διδασκομένων δογμάτων. In prima edit. legitur περὶ κεφαλαίου οὐ τῶν — *Caryoph.* reddit, de argumento quod tractatores dogmatum non attingebant; τῶν οὐ διδ. — *Combeſſius* ceterique οὐ, quod per antegressum κεφαλαίου facile irrepere potuit, recte non admittunt. Cum sententia auctoris conferas hic licet §. 8, 9, et in primis §. 12, ut et *Auctor.* Homil. 2dae *Clement.* §. 6.—81., ubi nonnulla vitiose scripta leguntur, sed quae tanti non est hic emendatoria dare. κεφαλαίου τῶν διδασκομένων δογμάτων, est *caput*, quod praecipuum est, *decretorum scholae eius*, vita nempe aeterna, regnum coelorum. Deinde, ἀλήθεια sine articulo, qui in praegressis et subsequentibus adest, ή ζωή, ὁ διδασκάλος, ὁ λόγος, ὁ τέλειος, ὁ ἄφθαρτος. Sic igitur *Clemens* et hic scripsit ή ἀλήθεια.

2. προείδε δὲ ὡς θεὸς καὶ ὁ μελλεῖ διεργηθῆσθαι, καὶ ἡ μέλλει τις αὐτῷ ἀνοκρίνεσθαι. Habemus hic luculentum *Clementis* testimonium de vera Christi divinitate, de quo in *Excursu* primo dicetur.

3. ἐπὶ

3. ἐπὶ τὸν θεὸν τὸν ἀγαθὸν, καὶ πρῶτον καὶ μόνον ζῶντος αἰώνιου ταμίαν. A verbis κληθεὶς δὲ ἀγαθὸς in principe editione novum incipit caput. Quod autem ad haec verba ἐπὶ τὸν θεὸν — attinet, conf. *Novatianus* de regula fidei C. IV., et quae notavit *Io. Iakson* p. 32., ubi et unum et alterum Nostri locum laudat ex *Paedagog.* Vix dubito, quin et hic *Platonem* ob oculos habuerit *Clemens.* *Socrates* nimirum summum numen dicere solebat τὸ ἀγαθὸν et τὸν ἀγαθὸν. Insignis in hanc rem in primis est locus *Platonis* L. II. de Rep. p. 430. c., ubi Homerum perstringens monet, Deum, qualis est, talem semper esse describendum, sive hoc fiat ἐν ἔπειτι, sive ἐν μέλεσι, sive ἐν τραγῳδίᾳ: tum nonnulla de Deo praecepturus, primo dicit, οὐκοῦν ἀγαθὸς ὅγε θεὸς τῷ ὄντι τε, καὶ λεπτέσι οὕτω; nonne bonus Deus et vere est, atque ita dicendum? porro docet, hinc effici, Deum non esse omnium causam, sed bonorum tantum, neque adeo etiam ταμίαν ἀγαθὸν τε κακῶν τε. *Homerus* nempe *Jovem* dixerat bonorum non tantum, sed et malorum datorem II. a. v. 528, atque etiam ταμίην πολέμου II. Δ. v. 84. et T. v. 224. Habemus hoc etiam loco illud ταμίαν: scribens autem πρῶτον καὶ μόνον ζῶντος αἰώνιου τ. *Clemens* forte etiam in mente habuit *Joh.* XVII: 3., de quo mox §. seq.

§. 7.

§. 7.

1. τὸ μέγιστον καὶ κορυφαιότατον τῶν πρὸς τὴν ζῶντα μαθημάτων· alibi dicit τὰ κύρια, et τὰ κυριώτατα τῶν διγμάτων, velut Strom. L. I. p. 327, 16., ubi vide not. Sunt nemp̄e dogmata, quae veram salutem attingunt, et sine quibus doctrina salutaris constare nequit; quemadmodum ita τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος dicuntur eae corporis partes, sine quibus homini vita non durat, partes vitales, ut docuit Wessel. ad Diod. Sic. L. I. C. 55. et C. L. II. C. 58: (atque ita etiam legendum mihi videtur in Epist. Socrat. XXXII: p. 71., et Heliod. Aetiop. p. 379, 35.). Egregie Noster etiam hic iam dixit τὸ μέγιστον καὶ κορυφαιότατον τῶν πρὸς τὴν ζῶντα μαθημάτων.

2. γνῶναι τὸν θεὸν τὸν αἰώνιον καὶ δοτῆρα αἰώνιων. — In his etiam ob oculos habet locum Ioh. C. XVII: 3. Cumulat hic quaecumque de Deo O. M. dici poterant, quod et solebant gentiles, in primis Pythag. et Platon. philosophi, de Deo, quem principem et summum statuebant, sermonem facientes: conf. sis Plato p. 326. E., p. 527. A., p. 529. C. et sqq. (add. Auctor de mund. p. 33, 34. ed. Glasg.). Ut hic αἰώνιον δοτῆρ, sic ἀγαθῶν δοτῆρ Deus Nostro dicitur T. I. p. 304. init., ut Dii apud Homerum δωτῆρες ἔχων Odysf. Θ. V. 325. αἰώνιον καὶ πρῶτον Deum egregie praedicarunt Max. Tyr. disf. VIII. §. 10. ubi, ὁ θεὸς — ὁ πρεσβύτερος

φος μὲν ἥλιος, πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ, κρείττων δὲ χρόνου καὶ αἰώνος καὶ πάσης βεούσης Φύσεως, et Aristides T. I. p. 3. init. Iovem ὑπέρτατον (quod hic sequitur) et τανυπέρτατον dixerunt etiam Graeci. vid. Ill. Ez. Spanh. ad Callim. hym. in Iovem v. 91. ubi praeter alia videbis, eum etiam καθυπέρτερον dictum, quam vocem Hierocli reddendam puto apud Stobaeum p. 491, 12. pro καθάπεροντα; nisi forte malis καθυπερτεροῦντα. Sed hoc ἐν παρῷ: pergamus. Addit, καὶ ἔνα καὶ ἀγαθὸν θεὸν κτήτασθαι διὰ γνῶσεως καὶ καταλήψεως. haec iungenda: contextus, quem exponit, habet, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἴς ὁ θεὸς. forte τὸν ante θεὸν excidit per antecedens ἀγαθὸν. ἔνας καὶ ἀγαθὸν τὸν θεὸν κτήτασθαι διὰ γνῶσεως καὶ καταλήψεως, est ut opinor Deum tanquam unum et bonum ita mente cognitum habere et complecti, ut certus sis, eum vere tales esse. καταλήψις metaphorice dicitur de rebus, quas sensibus corporis et in primis mente comprehendimus. Rerum coelestium contemplationem ex locis sublimioribus institutam, τὴν κατάληψιν τῶν μετεώρων dixit Philostratus Heroic. C. 9. in fine p. 715. Noster ut hic, τὴν κατάληψιν τοῦ θεοῦ T. I. p. 162, 21. πεῖσμα τῆς ἀληθοῦς καταλήψεως p. 327, 35. cf. et p. 437, 8. τοχ ἐπισήμην θεός dicit, ἦν δριζονται φιλοσόφων παιδες ἔξιν ἀμετάτιτατον ὑπὸ λόγου, ut scribit p. 433, 15. vid. ibi not. Cicero κατάληψιν vocat comprehensionem, et ut nos ter, γνῶσιν καὶ κατάληψιν, iungit, cognitionem et

comprehensionem, Academ. II: 10, et L. III. de Finibus C. 15.

3. ἐπιτίμημη θεοῦ τοῦ ὄντως ὄντος, καὶ τὰ ὄντα, τοῦ· τέσι τὰ ἀιώνια, διαρουμένου. Olim legebam ἡ. θ. τοῦ ὄντος καὶ τὰ ὄντως ὄντα, τ. τ. ἀ. δ. Platonis ὁ ἀν
saepe de Deo dicitur, ut et, qui eum crebro imi-
tatur, Philoni I. vid. v. c. p. 393. C. ubi ita
τὸ τοῦ ὄντος κράτος, et p. 699. C. ixετία τοῦ ὄντος.
p. 367. B., loco insigai, monet, patrem rerum
universitatis ἐν ταῖς ἱερᾶς γρυφαῖς κυρίῳ ὄνδρατι
καλεῖσθαι τὸν ὄντα, atque huius denominationis
causam, cum alibi, tum p. 599. C. D. adfert.
convenit Suidas ν. ὥν et Hesych. in δ ὁν ubi vid.
not. Crebro ita etiam loquuntur veteris ecclesiae
Doctores, et inter hos quoque noster. vid. T. II.
p. 810. init. coll. T. I. p. 140, 25. p. 426, 21.
Nimirum plerique omnes sentiebant, ut Damas-
enus, scribens L. I. de fide orthodoxa C. IX. p.
14. δοκεῖ μὲν οὖν κυριώτερον πᾶντων τὸν ἐπὶ θεοῦ
λεγομένων διομάτων εἶναι δὲ ὁ ὥν. Dixerunt etiam τὸ
ὄν, Philo pluribus locis, velut p. 252. B. p. 250.
A., et loco, quem ex eo, quod non raro fac-
tum, expressit Clem. Strom. L. II. p. 481. init.,
ut ibi recte Cl. Editor. Porro Plato in Phaedro
p: 345. 6. τὸ ὄντως ὄν, et τὰ ὄντως ὄντα, et p.
346. A. ἡ ψυχὴ, συμπορεύεσσα θεῷ, καὶ ὑπερβούσα
ἄντην εἶναι Φανέν, καὶ ἀνακύψα εἰς τὸ ὄντως ὄν:
qui locus in primis animadverti mereatur: Contra-
se hic ponit ἄντην εἶναι Φανέν, et τὸ ὄντως ὄν.

Ni-

Nimirum *Platonis* sententia, quae sensibus subji-
ciuntur, sive haec inferioris mundi, tanquam quae
in perpetuo sunt motu, vere non sunt: vere tan-
tum sunt, quae mens contemplatur, coelestia,
aeterna. Atque ita et plures alii: ut *Lamblichus*
de myster. p. 158. *Porphyr.* de vita Pythag. p.
45. multo plura, ut et τὰ ὄντας ἀγαθὰ, *Hierocli*
in aureo carm., velut p. 198. 202. cet., frequen-
tatum. Verum, quamvis haec ita sint, non ta-
men idcirco mutandam esse vulgatam lectionem
nunc existimem. Utrumque enim dicitur: non tan-
tum δ ὁν sed et δ ὄντως ὥν, nec tantum τὰ ὄντως
ὄντα, sed et τὰ ὄντα: cf. *Valck.* ad *Xenoph.* Mem.
p. 243. Quod in Etym. M. *Sylb.* p. 263 a) legitur
ν. Δεισιδαιμονία, ita ex parte pluribus habet Etym.
MS. Traiectinum. καὶ παρὰ μὲν τοῖς "Ελληνοῖς ἐπὶ¹
καλοῦ λαρυβάνεται" ὡς δεδιέναι τοὺς θεοὺς αὐτῶν.
παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς Χριστινοῖς ἐπὶ τῆς ἀσεβείας. λέγε-
ται τὸ δεισιδαιμονίας (male scriptum δυσειδαιμονίας)
ὄνομα. οὐ τοὺς δαιμόνας γάρ δεδιέναι χρῆ, ἀλλὰ τὸν
ὄντως ὄντα κακέντενος μὲν μισεῖν ὡς ἔχοντας καὶ πολε-
μίους καὶ ἀργόνδους (legitur ἀσπόνδου) δεῖ. sic et
saepe Clemens. vid. T. I. p. 19, 31. p. 20, 2.
p. 88, 12. ubi τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἐποπτεύειν, et
p. 169, 20. τῆς τοῦ ὄντως ὄντος ἀπληρώτου ἐμπικ-
πλασθαι θέας. add. p. 375, 7, et p. 571, 12.,
ubi, ut hic, ἡ τοῦ ὄντως ὄντος γνῶσις θεοῦ. ita et
Constit. Apost. L. VIII. C. 12. p. 403. et Au-
ctor homil. Clement. 3iae bis §. 7. *Plato* I. c. p
345. 6. τὸ ὄντως ὄν et τὸ δὲ permutat: recurrat et

ib. paulo post pari ratione — τὸ δὲ: atque ita et p. 346. B. τὰ ὄντα. Noster τὰ ὄντα dicit quae vere sunt, T. I. p. 6, 21, et p. 90, 24. vera opinari est τὰ ὄντα δοξάζειν p. 341, 18. sed in primis hic facit locus p. 239. ἀγνοεῖτε τὸ ὄντας να λόν, καὶ τὸ ὄντας ἀγαθὸν· καὶ ἀντὶ τῶν ὄντων τὰ δοκοῦντα παρὰ τοῖς ἀνόητοις σπουδάζετε. ubi τὰ ὄντα opponuntur τοῖς δοκεῖσι, et idem sunt atque τὸ ὄντας καὶ λόν καὶ ἀγαθὸν.

4. οὐ καὶ τὸ εἶναι τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει, καὶ τὸ μεῖναι λαβεῖν. in prima editione margo pro μεῖναι ex coniectura praebet ἐκ τοῦ μὴ εἶναι, atque ita etiam vertit *Caryophilus*, a quo habent alia quod sint, cum antea non fuerint. Rejicit hanc coniecturam *Combeffissus*, notans, sensibilia a Deo non tantum accipere ut sint, et ex nihilo accipere, sed et accipere, ut conserventur et in columia sint, quod est μεῖναι. reddit igitur, ex quo etiam aliis provenit, ut esce accipient eoque in columia sint. in ed. *Felli* notatur, pro μεῖναι forte legendum esse μὴ εἶναι, *Combeffissi* versio tamen retinetur, atque ita etiam in ed. *Ittigii* et *Potteri*. Mihi primum pro μεῖναι, legendum videbatur, εὑ εἶναι: τὸ εἶναι et τὸ εὑ εἶναι non raro iungit *Hierocles*, ut docuit Doctisf. *Petr. Needham* p. 361. et 364. Verum deinde, non μεῖναι, sed λαβεῖν corruptum esse censem; pro μεῖναι λαβεῖν igitur legebam μεῖναι ἀβλαβῆ: quod certe sensum dat commodum et verum. *Hierocles* de universitatis rerum Conditore ita p. 200, δι' ὅν τὸ εἶναι, καὶ τὸ ζῆν, τοῖς πᾶσιν ὑπά-

ὑπάρχει. At hic idem p. 14. infine scribit, Deos esse immortales, τοὺς καὶ ἄν' ἐκείνου (τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ) τὸ εἶναι καὶ τὸ εὑ εἶναι ἀμερίζως καὶ ἀτρέπτως λαμβάνοντας. recte igitur dicitur λαβεῖν τὸ εἶναι καὶ τὸ μεῖναι ἀπὸ vel ἐκ τοῦ θεοῦ. porro ὑπάρχει cum infin. etiam significat, contingit, facultas est, licet sic §. 26. in fine ὑπάρχει μεῖναι discere licet. Atque ita quidem nulla mutatione hic opus est. structura verborum est, οὐ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει λαβεῖν τὸ εἶναι καὶ τὸ μεῖναι: sententia haec est, cui et cetera acceptum referre debent, quod existant, et existere perseverent. conf. hic §. 27. Ceterum, Deum mundi esse fabr. catorem, omniumque rerum causam, apud philosophos etiam frequens est; plura *Hierocles* l. c. p. 200. atque ita et alii. Veteres ecclesiae Doctores ita pasim. Unum, tantum locum excito *Iustini* in dial. cum *Tryphone* p. 743, (ed. *Thireb.*) ubi, postquam dixisset philosophiam esse ἐπιτήμην τοῦ ὄντος καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἐπιτυνωτινόν, dicturus, quid sit Deus, scribit, Τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὠταύτως ἀεὶ ἔχον, καὶ τοῦ εἶναι πᾶσι τοῖς ἄλλοις αἴτιον, τοῦτο δὴ εἰνὶ θεὸς. locus hic cum nostro paene convenit. — Ceterum post haec scripta in mentem venit, an illud μεῖναι hic non referendum sit ad opinionem Platonis non tantum, sed et vetustissimorum Graecorum, nihil ex rebus creatis pereire, sed mutari dumtaxat, sive aliam formam assumere: de quo notavit *Casaub.* Exerc. contr. Baroni. p. m. 63. seq.

5.) ἡ δὲ ἐπίγνωσις αὐτοῦ καὶ οἰκείωσις, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ἀγάπη καὶ ἔξομοιωσις μόνη ζωῆ. ἡ, quod in prima ed. ante πρὸς αὐτὸν ἀγάπη exstat, in *Combeſſii* edit. ceterisque omisum: pro ἔξομοιωσις in principe edit. est ἔξομοιωσις, quod quidem linguae rationibus non repugnat: (rarum verbum ὄμοιό ζει reperitur *Marc.* XIV: 70., et παραμοιάζει *Matth.* XXII: 27.) nunquam tamen legitur: quocirca cum sequentiibus Editoribus ἔξομοιωσις praeop- tavi. — Dicit Noster *Strom.* L. IV. p. 605, 17. inimicos et amicos Dei esse appellatos, τοὺς μὲν διὰ τὴν οἰκείωσιν, τοὺς δὲ διὰ τὴν ἀπαλλοτρίωσιν. pro necessitudine, cognitione Graecis magis in usu est οἰκείωσις. Ut hic οἰκείωσις et ἔξομοιωσις, sic apud *Porphyri*, de abstin. L. II. §. 46. iuncta ὄμοιότης et σικείσθηται. inter se certe connexa sunt et apta ἐπι- γνωσις τοῦ θεοῦ καὶ οἰκείωσις, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ἀγά- πη καὶ ἔξομοιωσις. Noster *Paedag.* L. III. C. I. init.: si quis se ipsum nōrit, θεον εἴσεται θεον δὲ εἰδίας ἔξομοιωθήσεται θεῷ. — Haec, inquit, μόνη ζωή conferrī omnino merentur, quae *Clemens* T. I. p. 113. 23. et seqq., et quae p. 499, 13. cum seqq. habet ex *Platone*. Legimus ibi inter alia Prin- cipem philosophum perfectissimum bonum ponere in scientia boni et similitudine cum Deo. T. II. L. V. p. 703, 20. scribit, *Platonem* dixisse, τὸ τέλος τῆς φιλοσοφίας, finem philosophiae esse ὄμοιωσιν θεῷ similitudinem cum Deo, ὡς, addit, ἐν τῷ δευ- τέρῳ παρεπήσαμεν Στρωματεῖ. respicit *Strom.* L. II.

p. 482,

p. 482, 12; verum ibi legimus, eum ἐνδαιμονίας τέλος πόνει ὄμοιωσιν θεῷ: sed pro ἐνδαιμονίᾳ hic etiam scripsit *Clemens Philosopha*s, quod et res ipsa docet, et locus laudatus extra controversiam collocat: recte hoc vidit *Eruditiss. Mangey*, et notavit ad *Phil. Iud.* T. I. p. 35. ubi similia. — Quod autem hic praecedit, eundem in modum ha- bet *Basil. M. T.* II. [p. 113. E. θεοῦ ἀγνοία θε- νατός ἐστι ψυχῆς.

§. 8.

1. τῷ ξηρούμενῷ τὴν ὄντως ζωῆν. quemadmodum τὰ ὄντας ἀγαθὰ et similia, ut ad praeced. §. vidi- mus, dixerunt, sic et τὴν ὄντως ζωῆν, veri nomi- nis vitam, pro τῆς αἰωνίου ζωῆς. *I Tim.* VI: 19. plures Codices, versiones et veteris ecclesiae Doc- tores exhibent τῆς ὄντως ζωῆς, probante, nec im- merito, *Millio* in Proleg., *Bengelio*, et *Gries- bachio*, quibus et consentit *Paul. Colometius*, vir Eruditiss., in *Obs. sacris* p. 25.

2. ὃν αὐδεῖς ἐπίγνωσκει, εἰ μὴ ὁ ὑδες, καὶ φῶν ὁ ὑδες ἀποκαλύψῃ. ita in prima edit., ita et *Combeſſii*. sed in ed. *Felli* ceterisque verba καὶ φῶν ὁ ὑδες male omissa sunt: in versione tamen expressa. paulum recedit a verbis *Matth.* XI: 27, memo- riter, ut saepe alias, laudati plenius legitur T. I. p. 425, 32, ubi etiam praecedit φῶν βαθ- μαται, quod est in textu. Saepius in eo est noster

L. 4

Cle-

Clemens, ut doceat, Optimi hoc esse Servatoris, ut mentem nostram tenebris defossam collustret, et efficiat, ut Deum rite cognoscamus: atque in hoc quidem argumento ibi etiam versatur vid. et p. 86, II. et p. 372, 20. — Sed sunt duo in primis loca egregia, quae et hic excito, ut simul levioribus maculis exliberem: prior locus est T. I. p. 87, 88, ubi, post nonnulla praemissa, scribit χωρίσωμεν τὸ Φῶς, (Christum) ἡνα χωρίσωμεν τὸν θεόν. χωρίσωμεν τὸ Φῶς, καὶ μαθητεύσωμεν τῷ Κυρίῳ. τοῦτο τοι καὶ ἐπήγγελται τῷ πατρὶ, Διηγήσομαι τὸ ἔνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. tum per profopopoeiam aliquem Christo respondentem eleganter inducit, ὑμνησον καὶ διηγήσομαι τὸν πατέρα σου, τὸν θεόν σώζει σου τὰ διηγήματα, παιδεύσει με ἡ ᾧδη, ν. τ. λ. hic διηγήσομαι vitiose scriptum. In notis dicitur, legendum esse διηγησοι μι; sed, aliud agens, ita scripsit vir Cl. In *activo* enim hoc verbum non dicitur: certissime legendum διηγησαι. Alter locus est p. 3, 6. et seqq. vitium ibi est v. 20. in *Καπιτίωνος*, pro quo ante legendum videbatur *Κυπίωνος*. vid. *Plutarch. de Musica* T. II, p. 1132, C. D. nunc cum Cl. Alb. ad *Hesych.* v. *Καπίων* malim, quod proprius accedit ad vulgatam scripturam, et proxime antegressis aptius respondet, *Καπίωνος* vel *Κυπίωνος*: "Ἄδει δέγε οὐ Εὔνομος οὐ ἐμὸς, οὐ τὸν Τερπάνδρου νόμον, οὐδὲ τὸν Κυπίωνος. Nimirum, *Cepionem* fuisse *Terpandi* discipulum, pag. seq. 1133.

C. indicat *Plutarchus*; et *Pollux Onom.* L. IV. 65. scribit νόμον Τερπάνδρειον καὶ Καπίωνα dictum esse ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ ἐρωμένου ab eodem (*Terpandro*) et deliciis eius i. e. discipulo, qui animo ipsius carus erat. Porro insignis in hanc rem locus est *Clem. Rom. Ep. I. C. 36. s. Polycarpus* in precibus, quas, martyrii palmam expectans, Deo allegabat, §. 14. *Epist. Eccl. Smyrn.*, dicit, Κύριος οὐ θεός οὐ παντοκράτωρ οὐ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατήρ, διὸ οὐ τὴν περὶ σοῦ ἐπίγνωσιν εἰλίθαιμεν. —

3. καὶ τὴν καινότητα τῆς χάρτου. in exponenda et celebranda hac nova grātia per Christum patefacta et parta multus est Noster in *Protrept.* p. 3, 20. et seqq., p. 6, et 7. *Ignatius* in *Epist. ad Magnesios*, *Iudaismo* opponit χάριν et καινότητα ἐλπίδος §. 8, et 9. — In loco, ex *Evang. Ioannis*, C. 1, 17. hic laudato et in prima ed. est, ut nos legimus, Μωσέας, (quomodo et in proximis) et διὰ I. X., quod igitur et hic restituimus.

4: οὐκ ἵστα — in prima ed. legebatur οὐκ εἰς τὰ quod in margine mutabatur in οὐκ ἵστα, quam certissimam emendationem cum *Combeffiso*, ceterisque in textum recepi. In his autem οὐκ ἵστα τὰ διὰ δούλου πιστῶν διδόμενα τοῖς ὑπὸ τοῦ γνητοῦ οὐδού διαριψένοις, in mente habuit locum Apostoli *Hebr. III: 5, 6*: atque hic egregie indicat illud μέγεθος Servatoris, quod paulo ante dicebat, appellans ipsum τὸν γνήσιον νίον, de quo alibi.

5. πάσχει δὶ ἡμᾶς ἀπὸ γενέσεως μέχρι τοῦ σημείου τὴν ἀνθρωπότητα διατρέχων. — πάσχει δὶ ἡμᾶς, praeūntibus Divis scriptoribus, velut *Paulo 1 Cor. VIII: 11. 2 Cor. VIII: 9. Petro Ep. 1. C. 1. 20. sic et Ignatius Ep. ad Smyrn. §. 2.* Ταῦτα πάντα ἔπειτε δὶ ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν, et in Ep. ad *Polycarpum* §. 3. inter alia Christum dicit τὸν δὶ ἡμᾶς παῦγον, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δὶ ἡμᾶς ὑπομεῖναντα. ad quem locum vid. magnus *Pearson*. — ἀπὸ γενέσεως μέχρι τοῦ σημείου τὴν ἀνθρωπότητα διατρέχων. Eleganter dictum. — Vox ἀνθρωπότης apud Nostrum frequenter obvia, duplaci potissimum sensu: *primo* pro *humano genere*, p. 88, 23. p. 131, 9. p. 227, 17. p. 280, 10. quomodo et apud Latinos nonnunquam, maxime Patres, quos vocant, *humanitas* dicitur, ut *mortalitas* pro ipsis hominibus. vid. *Elmenhorst ad Minuc. Fel.* p. 72, et *Herald. Anim. ad Arnob.* p. 11. deinde pro *humana natura*, *humanae naturae conditione*, ut h. 1. saepissime, (loca hic enatabo) p. 86, 9. 101, 41. 1e6, 33. 116, 23. 124, 9. 132, 7. 142. 33, 39. 147, 37. 150, 25, 32. 151, 42. 155, 12. 158, 3. 193, 19. — verba ἀπὸ γενέσεως μέχρι τοῦ σημείου *Caryophilus* verit ab ortu usque ad crucem, et ad v. σημείου in margine notat, F. σαυροῦ. hanc emendationem recte reiicit *Combesius*, sed minus recte σημεῖον interpretatur per *metam*, reddens, ab ortu nativitatis ad *metam* usque, in quo et ceteri ipsum scuti.

cuti. bene vidit *Caryophilus*, hic crucem a *Clemente* significari, sed male idcirco mutavit. Tὸ σημεῖον apud veteris ecclesiae Doctores crucem Domini crebro notat, quod viros Doctos hic non animadvertisse miror. Vid. hic, quae in Excursu secundo scripsi.

6. τὰς νομίμους ἐντολὰς. sic in prima et *Potteri* editione, in ceteris legitur νομικούς; §. 1. in fine. etiam διδάσκεις χρησὶ καὶ νόμιμος. in Epistola Petri ad *Iacobum*, p. 608. T. I. Patr. Apost. τὸ νόμιμον κήρυγμα doctrina legalis, seu legis, cui opponitur διδασκαλία ἀνομος. τὰ νόμιμα leges, instituta: practer alios Aristoteles scripsit βαρβαρικὰ νόμιμα, de quibus vid, *Io. Toup. v. Emend. in Suid. P. I. p. 4, 5.* Obversabantur etiam haec Ciceroni L. V. de fin. bon. et mal. §. 4. Atque ita, si placet, quoque legerim in *Clementis Romani Ep. I. §. 1.* ἐν τοῖς νομίμοις τοῦ θεοῦ παρεῖσθαι pro vulg. ἐν τοῖς νόμοις; quod tamen non prorsus improbadum: conf. *Dan. IX: 10.* mox in 1ma ed. sine articulo legitur ἀθενασίαν.

7. ἐπεὶ καὶ τὸ μέγα. — Est insignis hic locus, cui geminus *Philonis Iudaei*, dignus, qui hic profertur T. I. p. 238, 28. ὡς ἥδεν ἀπεχομένους πρεσβύτας εὑροῦν οὐκ ἀν τις ἀποδέξαιτο ὅτι τὸ γῆρας ἡ μακρὰ καὶ ἀνιατος νότος τοὺς τῶν δρέπεων ἔχοντες τε καὶ ἔλυτε τόνους. Ἐπανου δ' ἀν ἀξιώσεις τοὺς ἥβαντας, ὅτι φλεγουστῶν τῶν ἐπιθυμιῶν (ita legendum esse, recte in notis monitum) ὅπλα τῆς κατὰ τὴν ἥλικιαν ἀκμῆς, ὅμως σφενηραν δρυγάνων, τῶν κατὰ

παιδείαν λόγων, εὐπορήσαντες, τὸν πολὺν φλογμὸν ἀλλὰ καὶ βραχιόνην τῶν παθῶν ἐπεκούφισαν. Illud σφεντηρῶν hic certe mendosum est. Cl. Mangeius pro eo legit σχαστηρῶν. Sed facilis et certa emendatio est σβετηρῶν. ὅργανα σβετηρία sunt instrumenta, quae vim extinguendi habent, quorum usum praeflant οἱ κατὰ παιδείαν λογοί, tanquam quibus, recte adhibitis, ardor iuvenilis et ebullientes passiones sedantur. Verbum nempe σβέννυμι cum compositis ἀποσβέννυμι, κατασβέννυμι non raro inter alia usurpatum de compescendis vehementioribus animi affectibus. Libanius T. II. p. 555. D. σβέσαι τὴν ὅργην iram refrenare, et p. 628. B. σβέσαι τὸ μῆτος odium extinguere: item de aliis, ut apud Soph. in Aiace v. 1057. (ed. Brunck.) εἰ μὴ δεῖ τις τὴν πεῖραν ἑσβεσεν hoc periculum avertisset, minus recte Reiskius pro πεῖραν hic substituebat πυρὰν. — Quod Philo dicit τὴν κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμὴν, Nostro hic est σκίτημα νεοτήσιον et οὐ καύσων τῆς ἡλικίας, qui et T. p. 291, 21. dixit τὸ νεάρον τῆς ἐπιθυμίας. A Chrysost. T. XII. p. 354. A. dicitur τὸ σφριγῶν καὶ ἀκμάζον τοῦ νέου. In Schol. ad Aristoph. Plut. v. 88. legimus τὸ ἔξημενον τῆς ἡλικίας ardor aetatis. Sic et Lajni fervore. vid. Cl. Duker. ad Flor. I. 26. 9., ubi pro fervore, paulo insolentiori metaphora, dixit fretum adolescentiae. — Eleganter εἴτις ἐν σκίτηματι — παρέχυται Φρόνημα πεπανὸν καὶ πρεσβύτερον τοῦ χρόνου, θαυματός οὗτος ἀγωνιστής — καὶ τὴν γνώμην πολύτερος. Sic et Pindarus, Olymp. Δ. v. 39. — Φύον

τοι δὲ καὶ νέοις Ἐν ἀνδράσι πολιαὶ Θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἀλικίας Ἐοικότα χρόνον: et Pyth. Δ. v. 501. — Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶ νέοις, Ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἔγκυρ — σας ἐκαπονταστεῖ βιοτῷ. Egregie hic convenit illud Gregori Nazianzeni in Orat. funebri in laudem Basiliī Magni Opp. T. I. p. 332. C. τις μὲν ἦν εὕτω πολιὸς σύνεστι, καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς.

8. διότι αὐτῷ πρὸς μὲν δικαιοσύνην οὐδὲν ἔδει, ζωῆς δὲ. — διότι, ut saepius, pro ὅτι, quomodo praeter alios crebro Polybius. δικαιοσύνη hic est iustitia, quae in Scholis dicitur legalis, et ζωὴ est vita aeterna, ut constat ex sequentibus. Egregium autem Divinae Christi praestantiae testimonium est in his, αὐτὴν αἵτει παρὰ τοῦ δοῦναι μόνου δυναμένου.

9. ἐν πίσεις εἰς πίσιν μετάτασσεται. De fide non semper eodem modo loquitur Noster. sic e. g. T. I. p. 458, 13. dicit, η συγκατάθεσις οὐδὲν ἄλλο η πίσις εἴη ἄν, et mox iungit συγκατάθεσιν καὶ πίσιν. fides ita est assensio theoretica, quae dicitur: atque haec est in nostra potestate, ut docebat nempe Platonici et Stoici. vid. ib. 8, et 9. Nonnunquam tamen fidem gratiae Divinae adscribit, sigillatim fidem in Iesum Christum: sic v. c. p. 338, 33., ubi legimus, χάρις δὲ η πίσις. videtur hic scripsisse χάριτος δὲ, διαρεῖ περί, quod praecedit: lege sequentia, in primis pag. 339. verum et alibi universe fidem, quae timorem, spem et resipiscentiam cum continentia et tolerantia producit, hisque comitata, ad charitatem et γνῶ-

σιν dicit, a Deo procedere docet, p. 445, 21. seq. vid. et v. 10. Atque ib. v. 23. scribit, ἡ πρώτη πρὸς σωτηρίαν νεύσις, ἡ πίεσις ἡμῶν ἀναφελ νεται *prima ad salutem inclinatio nobis fides apparet*, haec et est illa γνησία αἵρεσις, quam dicit p. 495, 13. qua nimurum Deo nos totos devovemus et omni studio in eum legemque eius praestandam ferimur. ita de veteribus, qui ex lege, ut ait, vixerunt p. praeced. 494, 19. τῷ γοῦν βουληθναι γνησίας Φιλοποφεῖν, δόλους αὐτὸν Φέροντες, ἀνέθεσαν τῷ θεῷ, καὶ εἰς πίεσιν ἐλογίσθησαν, an ἐλογίσθη; eo quod sincere volebant philosophari, totos se Deo oblatos dedicarunt, et hoc fidei ipsis ductum est. Iam ita pie accedere conantes, dicit p. 495, 15., excipiet suave iugum Domini, ἐκ πίσεως εἰς πίεσιν ἐνὸς ἡμῶν κατὰ προκοπὴν ἐλαύνοντος ἔκκεντρον ἡμῶν εἰς σωτηρίαν, — eodem auriga singulos nostrū, per profectum, *a fide in fidem* agente ad salutem. — Sic intelligimus, quid hic velit Clemens; nam geminum germanum est, et egregie hunc locum illustrat. lege et hic antegressa, et quae habet sequente articulo. — ἐκ πίσεως εἰς πίεσιν petitum est ex Rom. I: 17. quod paucis exponit p. 444, 41. scribens, ἐκ πίσεως εἰς πίεσιν τὴν μίλαν, τὴν ἐκ προφητείας εἰς Ἐυαγγέλιον τετελειωμένην. vide et quae praecedunt. Ceterum recte ἐ. π. ἐ. π. μετατάξσεται. Dion Cass. T. I. p. 67. in fine μετατάξσεται ἀπ' αὐτῶν se a Romanis sciungere et ad alios transire.

10. ὡς σφαλερῶς ἐν νόμῳ σαλένων — μεθρυίζεται male in edit. Felli et Posteri legitur ἀσφαλερῶς: in pri-

prima et edd. *Combeſſii* atque *Itigii* recte σφαλερῶς. Eleganter ἐν νόμῳ σαλένων, spectans proprium verbi σαλεύειν usum de navitis, quae in anchoris fluctuant; de quo plura *Cotelerius* in *Eccles. Gr. Monum. T. II.* p. 684, 685. *Bergl.* ad *Alciphron.* p. 336. Venuste etiam εἰς τὸν Σωτῆρα μεθρυίζεται haud dissimile est illud *Cyrilli* contra *Iulian.* L. VI. p. 206. B. τοὺς ἀπαιροντας μὲν ἀπάτης ἐλληνικῆς; μεθρυίζουμενος δὲ πρὸς ἀληθειαν. *Philo Iudeus* in *Abrahamo* p. 353. A. Μεθρυίζεται οὖν εἰς παιδείαν ἔχριστας — traicit igitur ex ignorantia ad eruditionem: ubi male hoc mutat *Mangeius* (T. II. p. 4.) in μεθρυίζεται.

§. 9.

1. πάντα τὰ ἐκ νόμου μὴ πεπληρωθεῖται. — §. 10. πάντα τὰ τοῦ νόμου πληράσται. τὰ τοῦ νόμου etiam *Apostolus Rom. II: 14.*

2. ὡς πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν, ὡς οὐ τέλεια πεπληρωθεῖται. Prius ὡς sine orationis detimento abesse posset, non tamen propterea delendum. sic ὡς πρὸς ἐμὲ me quod atinet, quod alibi πρὸς ἐμὲ, *Lucian.* in *Tim. T. I.* p. 115, ubi plura *Iensius.* add. et *Bergl.* ad *Alciphron.* p. 153. Noster sic etiam §. 31. ὡς πρὸς τὸ μέλλον ἥνω μέγεθος αὐτῶν.

3. ἀχρι παιδαγωγίας τίνος μετὰ φόβου καὶ προπαιδείας ἐπὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ νομοθεστὰν τὴν ἀκρὺ καὶ χάριν, προχωροῦσα. Locus hic paulo est intricatior: quocirca et non una ratione verterunt. *Car-*

riophilus, praeceptum quippe sanctum, usque ad tempus sub paedagogo durans cum timore et praevia institutione ad legislationem Iesu, quod caput est, et gratiam continet. Obscurius hoc: si bene intelligam, usque ad tempus sub paedagogo durans, idem est ac durans quamdiu paedagogia locum habebat; sic certe ἄχρι et μέχρι, licet rarius, eleganter usurpatur, de quo vid. *Io Tob. Krebs.* Obs. in N. T. ex *Iosepho* p. 173. verum sic obstat τις, παιδαγωγίας τις, et sensus etiam est minus commodus. *Combeffisius* reddit, hactenus ut paedagogi cuiusdam vice cum timore fungatur praeviaeque institutionis, ad summum Legis Iesu verticem gratiamque procedens. hanc versionem sequi sunt *Fellus*, *Itigius* et *Potterus*, nisi quod hi pro procedens habent viam sternens. verum hoc potius est προδοποιεῖν, quo usus est *Oecumenius* explicans illud Apostoli Gal. III: 24, ὃς δὲ μός παιδαγωγὸς ἡμῶν. προδοποιῶν δηλαδή, inquit, τῇ εἰς χοινὸν πίστῃ — sic et *Noster* T. I. p. 446, 32. praestat adeo procedens, progrediens. Sed illud praeviaeque institutionis minus apte cum antegressis cohaeret: structura verborum haec esse videtur ἡγ. ε. ἀ., προχωρῦσσα ἄχρι παιδαγωγίας τις, μετὰ Φόβου καὶ προπαιδείας, ἐπὶ τὴν τοῦ I. νομοθ. τὴν ἄκραν καὶ χάριν. recte προχωρεῖν ἄχρι παιδαγωγίας. προχωρεῖν μέχρι τριχυμάτων ex Herodiano laudavit *H. Stephan.* in *Thesauro.* in *Maxim.* *Tyr.* legimus. p. 243. init. οἷς τὰ ἀθλα ἥν οὐ ταπεινὰ, οὐδὲ μέχρι γατρὸς καὶ Ἀφροδισίων ἤκοντα. non sine caus.

causa, ut deinceps dicemus, addidit τις. Sic *Basil.* Magn. T. I. p. 272. D., neminem ait, qui meminerit verborum Domini, cet., negaturum esse, συνεῖναι ἐκάστῳ τῶν πισῶν ἀγγελού, οἷον παιδαγωγόν τινα καὶ νομέα τὴν ζωὴν διευθύνοντα. — καὶ προπαιδείας equidem iunxitim cum μετὰ Φόβου. ita *Noster* προπαιδεύειν non tantum de lege divina p. 484, 28, sed et p. 448, 28. et seq. scribit; quandoquidem Deo visum est utile esse ἐκ νόμου καὶ προφητῶν προπαιδεύσθαι διὰ Κυρίου. hinc ἄχρι τοφίας Φόβου εἴρηται Κυρίου, παρὰ Κυρίου διὰ Μωϋσέως δοθεῖς τοῖς ἀπειθοῦσι καὶ σκληροκαρδοῖσ. pro προπαιδείᾳ p. 415, 14. dicit προγυμνασία: ita ibi de *Mose* Φεύγει δὲ ἐντεῦθεν (ex *Aegypto*) καὶ ποιμανεῖ προβάτα προδιδασκόμενος εἰς ἡγεμονίαν ποιμενικὴν. ubi *Potterus* scribit, absurdum esse προδιδάσκεσθαι εἰς ἡγεμονίαν ποιμενικὴν, atque adeo vel delendum ποιμενικὴν, vel aliter legendum. vide ibi. absurdum foret, si bene intelligo, cum ἡγεμονίαν ποιμενικὴν esset adiect. et subst., sed ποιμενικὴν est ars pastoralis; iam recte, ut puto, dicitur προδιδασκεσθαι ποιμενικὴν prius doceri, vel discere, artem pastoralē; (non igitur hic desideramus emendationem *Mangerii*, ad *Phil. Iud.* T. II. p. 90. legentis ποιμενικῆ.) atque id εἰς ἡγεμονίαν ad imperium deinde gerendum, ad hoc adsirmandūm. iam sequitur, προγυμνασία γὰρ βασιλείας τῷ μέλλοντι τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιστεῖν ἀγέλης, ή ποιμενικὴ. — Porro, ἐπὶ τὴν τοῦ Ι. νομοθ. commode referas ad παιδαγωγίας. *Noster* T. I. p. 130, 7. δὲ παιδαγωγός εἰς

άγει τοὺς παιδαῖς ἐπὶ τὸν σατῆριν διαίταν: p. 304,
3. παιδαγωγοῦντος ἐν θεῷ τοῦ Λόγου τὸν ἀνθρώπων
ἀσθενεῖαν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὸν νόητον. Senten-
tia adeo huius loci-huc redit: mandatum enim
legis sanctum est, eo usque progrediens, ut instar
paedagogi cuiusdam timorem incutiens præviaque
disciplina imbuens, ducat ad summam Iesu legisla-
tionem, gratia plenam. Ceterum nec iniucundum
fore existimo, nec inutile, si mentem auctoris
paulo diligentius explicuero. Hoc faciam Excursu
IIIio.

§. 10.

I. καὶ θεῖας τὸ, εἰ θέλεις, τὸ αὐτεξόύσιον τῆς προ-
διαλεγομένης αὐτῷ Φυλῆς ἐδήλωσεν. Quod Theo-
logi Graeci τὸ αὐτεξόύσιον, hoc Latini vulgo dix-
erunt liberum arbitrium; Tertullianus de anima
C. 21. dixit liberam arbitrii potestatem. Locum
hunc, etiam quoad sequentia, hic valde oppor-
tunum, cum agat, et de gratia, et de libero ar-
bitrio, describam. „Haec, inquit, erit vis divi-
nae gratiae, potentior utique natura, habens in
nobis subiacentem sibi liberam arbitrii potestatem,
quod αὐτεξόύσιον dicitur: quae cum sit et ipsa na-
turalis atque mutabilis, quoquo vertitui, natura
convertitur. Inesse autem nobis τὸ αὐτεξόύσιον na-
turaliter, iam et Marcioni ostendimus et Hermo-
geni.” C. 22. repetit, inter naturalia animae
etiam esse libertatem arbitrii: ita iam hic τὸ αὐ-
τεξόύσιον dicit. Certe cum his Tertulliani conve-
niunt,

M

niunt, quae hic scribit Clemens. τῷ ἀνθρώπῳ οὐκ ἡ
αἵρεσις, ὡς ἐλευθέρω ἐπὶ θεῷ οὐ δότις ὡς κυρίῳ. δίδωσε
δὲ βουλομένοις —. οὐ γὰρ ἀναγκάζει ὁ θεὸς —. atque
ita et alibi Noster, et plerique veterum, qui ante
Augustinum scripserunt. vid. vir Doctus ad Ne-
mesianum de nat. hom. p. 42. seq., ubi magna
horum copia. Nonnulla Clementis loca hic qui-
dem in primis notabo: p. 489, 38. legimus αἰτεῖσθε
καὶ δοθῆσται ὑμῖν, a Christo dictum, τοῖς ἐξ ἐμ-
τῶν ἐλέσθαι τὰ κάλλιστα δυναμένοις. p. 367, 368.
dicit, neminem coëgisse Achillem vel irasci vel
non irasci; sed utrumque in eius potestate fuisse
positum: pergit et de diabolo haec scribens, ὃ δὲ
Διάβολος αὐτεξόύσιος ἦν, καὶ μετανοῆσαι οἴδε τε οὐκ,
καὶ κλέψῃ καὶ ὁ ἀιτιος αὐτὸς τῆς κλοπῆς, οὐχὶ ὁ
μὴ κωλύσας Κύριος. porro monet, nec laudes nec
vsuperationes, nec honores, nec poenas iustas
esse, μὴ τῆς Φυλῆς ἐκούσιαν τὴν ὄρκην
καὶ ἀφοριῆς, ἀλλ’ ἀκουστοῦ τῆς κακίας οὕτης lege
ibi plura. p. 79, 26. — dicit: „Cui dicet Domi-
nus, *vestrum est regnum coelorum?* ὅμιλον ἔστιν, ἐὰν
θελήσητε, τῶν πρὸς τὸν θεὸν τὸν προαίρεσιν ἐσχηκότων:
ὅμιλον ἐὰν θελήσητε πιστεύειν μόνον —.” apposite ad
hunc locum scribit p. 90, 31. Ἐμπα τῷ βουληθῆναι
γνωστὰς τὸ σωθῆναι συντρέχει, ὅμοιογούσιτων, ὡς ἕπος
εἰπεῖν, προαιρέσεως καὶ ζωῆς; et Iesum Dei verbum,
p. 116, 33. dicit τῆς προαιρέσεως τὸν παιδαγωγόν. p. 149, 31. observat, multum et universum, quod
ad pietatem, attinet, differre τὸ ἐκούσιον καὶ κατὰ
προαιρέσιν τοῦ κατὰ ἀνάγκην. plura Nostri talia dat

cl Venema Hist. Eccles. T. III. p. 437, 438, ubi videlicet Tertullianum locum etiam laudatum. Loca quaedam aliorum in Excurlo IV. exciabo, additis nonnullis observationibus.

2. ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ γὰρ ἦν ἡ αἰρεσίς — δίδωσι δὲ βαυλομένοις. — οὐ γὰρ ἀναγκάζει ὁ θεός, βίᾳ γὰρ ἔχθρον θεῷ, ἀλλὰ τοῖς ζητοῦσι πορίζει, καὶ τοῖς αὐτοῦ παρέχει, τοῖς κρούουσιν ἀνοίγει. Priora ista, ex iis, quae laudavimus, locis patent: add. Noster Strom. L. V. p. 467, 5. — οὔτε γὰρ ἄνω προαιρέσεως τυχεῖν, (nimirum τῆς τελείωτης τοῦ ἀγαθοῦ) οὐ τέ. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ πάντα ἐπὶ τῇ γνώμῃ τῇ ἡμετέρᾳ κείται οἷον τὸ ἀποβιησόμενον. Hoc locus Chrysostomi laudatus illuminat, qui et apprime hic consentanea habet T. VI. p. 166. E., ubi de Christo: οὐ γὰρ βιάζεται, οὐδὲ ἀναγκάζει, καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς διδασκαλίας ἐπίστει, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα γίνεται. — polo p. 167. A. τοὺς μὲν ἀναγγήτους καὶ οὐκ ἐθέλετας οὐκ ἀναγκάζει, οὐ δὲ βιάζεται, τοὺς δὲ προαιρευμένους ἐπισπάται μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. In postremis respexit ad locum Matth. VII: 7, 8. Atque eatenus bene. ὁ πάντα C. Vitr. Comm. in Zach. p. 87, 88. „ Sic se habet lex fere gratiae: Beneficia non dispensat Deus, nisi ad officium hominis, liberrime factum; ad quod licet ipse gratiam suam conferat, non vult tamen illud in censum adduci certe. „

3. τὸ ἐν τῷ μένον τῷ ἀγαθὸν. in prima ed. pro τῷ μένον legitur τὸ μὲν, vertit, tamen Caryophilus, ac si μένον legeretur, quod manet: atque ita Com-

beſiſus ceterique expreſſerunt. Verum τὸ μένον mihi hic minus opportunum videtur: non enim hic agit auctor de ipsa salute, sed, quod deinceps dicit, de opere vitae, τῷ τῆς ζωῆς ἔργῳ. putem igitur Clementem ſcripſiſe τὸ ὄντας ἀγαθὸν, vel τὸ μένον ἀγαθὸν.

4. ἐν τῷτο πραθῆναι τοῖς ὅλοις οὐ δεδύνηται Caryoph. vertit unum hoc perficere omnino non valuit. in marg. notatur ἴσ. περιτῶσαι Improbat hoc Com. beſ. vulgatum defendens, et reddens unum hoc omnibus parare nequivit: nimirum πραθῆναι τοῖς ὅλοις ipſi, ut ſcribit in notis, est quasi venditum accipere universorum pretio, alluſione, ut addit, ad margaritam Euangelicam, cui impar quidquid est legalis observantiae: hoc ſecuti ſunt c. teri Editores. Verum quam coacta haec? et unde probabitur πραθῆναι τοῖς ὅλοις hoc significare posse? recte vidit Caryoph. labem eſſe in πραθῆναι: nec male censuit illam, quam expreſſit, eſſe Auctoris mentem, qui in ſeqq. ſcribit τὸ δὲ ἐν τῷ τῆς ζωῆς ἔργον, ἀδύνατος καὶ ἀπρόθυμος καὶ ἀσθενῆς ἐκτελεῖν. quo circa et ego conieci, pro πραθῆναι a Clemente ſcripturnuſ ſuiſe πράττειν vel διαπράττειν. τοῖς ὅλοις pro omnino etiam alibi obviū. Sic apud Aeropum fab. 2. ἀμυχανεῖν τοῖς ὅλοις, et apud Polyb. in Except. Leg. 13 καταπλήξασθαι τοῖς ὅλοις. Arridet tamen, quod deinde in mentem venit, ſibi que probari mihi etiam significavit ὁ πάντα Valcken., in literis me datis, ἀποταγῆναι τοῖς ὅλοις, omnibus ſuis bonis valedicere: ἀποτάγηναι accepto ſenuſ mediij

pro ἀποτάξεισαι, quo usus Noster §. 14. scribens ἀποτάξεσθαι πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι, καὶ πωλῆσαι πάντα τὰ ὑπάρχοντα §. 15. etiam legimus ἀποτάξεον οὐ τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς βλαβεροῖς. §. 24. ἀφες, ρύψον, μίησον, ἀπόταξαι, Φύγε. L. VII. Stem. p. 880, 23. quinque est πᾶσιν ἀποτάξεσθαι omnibus renunciare. hinc et dicti inter Christianos ἀποτάξικοι, cum quibus Julianus suos Cynicos comparat p. 224. A. ita enim ibi legendum esse, docuit Ill. Spanhem. in praefatione In Paedagogo L. I. p. 10, 28. veri servatoris alumni Nostro dicuntur κόσμῳ καὶ ἀμαρτίαις ἀποτελευμένῳ mundo et peccatis renunciantes.

5. οὐ ἐποθει. in prima ed. vitiose legitur ποθεῖς pro ποθεῖ, quōmodo legit Caryoph., vertens optat, vel ἐποθει, quod non male Combefis., ceterique prætulerunt.

6. ἀσχολουμένην πολλὰ — potius legendum ἀσχολουμένην περὶ πολλὰ ut paulo ante περὶ πολλὰ μὲν τοῦ οἴστε τῇ ἀσχολεῖσθαι — S. Lucas C. 10: 40. Ἡδὲ Μάρθα περιεσπάτο Μαρία περὶ πολλὴν διακονίαν — et ib. v. 41. μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλὰ.

7. τῆς πολυπραγμοσύνης ἀφέμενον, ἐν προσετηκέναι καὶ προσκαθέζεσθαι τῇ χάριτι τοῦ ζῶντος ἀιώνιον προτίθεντος. ἀφέμενον in ed. prima, atque ita etiam Combef. et Itig.: Fellus et Potterus ἀφειμ., nescio, quia de causa. uterque hic male pro τοῦ ζῶντος — τῷ ζῶντος —, cum hic τοῦ requiratur: recte ita ceteri principes editionem fecuti. porro illud ἐν προσετηκέναι mihi persuadet, in proximis hic ante Mariam dē τῇ ἡ —

omisum esse, quod præbet locus Lucaneus, hic laudatus, ἐνδε δὲ ἐσὶ χρεῖα. egregie autem ἐν προσετηκέναι. sic Noster T. I. p. 79, 24. προσετηκὼς ἡδονᾶς, et p. 253, 40. τὴν ἡμέραν ημιμωτικῆν προσετηκοσι (non προσεθήκασι) interdiu arti ornandi adfixas sunt, ut recte interpres. Plutarch. p. 600, 6. προσετηκέναι τοῖς ἀνιαροῖς aegritudini plane deditum esse. Id. Chrys. T. XI. p. 280. π. A. τι τοῖς ἀσάτοις προσετηκαμεν; et p. 297. D. τῷ παρόντι προσετηκόνται βίῳ.

§. 8. II. q. 1. π. 1. η. 1. 1. 1.

1. τῆς ἵκετελας. sic in prima editione: atque hoc legiūmum est. Combefisius ceterique male ἵκετελας. debuissent sic dare ἵκετελας, quod Noster depositit §. 40 in fine, et de quo St. Berglerus ad Alciphron. p. 150. Sed in principe ed. alia est interpunctio: τοῦ διδασκάλου τῆς ἵκετελας; τῆς ἐλπίδος; τῆς ζωῆς τῶν πρωπεπομφένων; Caryophil. hinc vertit: a supplicando magistro? a spē? a praeteritorum vita laborum. non male Combefis. et reliqui aliam distinctionem secuti.

2. τὰ δόγματα περὶ χρημάτων, decreta, opiniones de divitiis: ita Philo T. I. p. 91, 24. τὸ δόγμα, pro quo statim δόξαν dicit: atque ita et ἀξιον apud Porphyr. de Abst. Anim. p. 54. in fine, et alios recentiorum: ita enim non veteres. Epictetus Enchir. p. 22, τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα, ubi vid. Cl. Heyne. Addit. τὴν περὶ αὐτὰ πτολεμ.

καὶ νόσον — *Caryoph.* *vertit.* de illis timorem ac morbum, male, ut recte monuit *Combeſſiſ.* qui ad haec notat. „ Altera alteram vocem explicat. Non enim hic πτολεῖ est *timor*, ut reddit *Caryoph.*, sed effractus libidio et quasi stupor, quod et πτόησις dicitur, ipse avaritiae morbus, ac cupiditatis oestrum.” Nimirum πτοεῖθαι, et πτοεῖθαι περὶ τὴν etiam dicitur de eo, qui *impotenti*, *velut attonitus*, aliquius desiderio flagrat, ita *Auctor saepius T. I. p. 112, 24.* Βίος περὶ τὴν οἰνοφλυγίαν ἐπτομένος. p. 220. in fine περὶ τὰς μίξεις τὰ ζωᾶ ταῦτα ἐπτόντας add. p. 237, 9. p. 258, 16. p. 261, 2: περὶ τὰ παιδικὰ ἐκμανῶς ἐπτομένου de *Sodomitis* p. 280, 7. et quod hic apprime convenit, p. 257, 30. ai περὶ τὸν Πλοῦτον ἐπτομέναι. in hoc ipso lib. §. 38, in bonam partem, περὶ τοῦτον (τὸν ἀδελφὸν) ἐπτόνται, περὶ τοῦτον σωφρόνως μαίνεται plura non addo, praepter hoc unum; *Io. Chrysost.* ita etiam dixisse cum πρὸς, *Opp. T. VIII. p. 418.* in fine, ubi οἱ παιδεῖς οἱ μικροὶ πρὸς τὰ εὔτελη τῶν πραγμάτων ἐπτόνται. Vocem autem πτοίᾳ hoc sensu habet *Aelian. H. Anim. L. X. C. 27*, ubi de vacca, πτοίᾳ εἰς ἀφροδίσια ἰσχυρὰν ἔχει. Porro eadem fere significatione νοσεῖν cum περὶ aliquando etiam adhibetur. *Noster T. I. p. 491, 4.* νοσοῦντες περὶ τὰ κοσμικὰ. et p. 261. init., ubi scribit, eo usque procescit luxus, ὡς μὴ τὸ θῆλυ μόνον νοσεῖν περὶ τὴν κενοστούδιαν ταῦτην, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας ξυλοῦν τὴν νόσον. *Apostolus I Tim. VI: 4.* Τετύφωται, μηδὲ ἐπιτάμενος, ἀλλὰ κοστῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας

ubi

M

ubi plura *Wetſenius.* reddit *Combeſſiſ.* hic avaritiae labem, praestat insanum carum studium.

3. τὸ τηνάλλως ἀπορεῖν χρημάτων, μὴ ἐπὶ λόγῳ ζωῆς. quid significet per τηνάλλως ἀπορεῖν χρημάτων, docet, addens μὴ ἐπὶ λόγῳ ζωῆς, temere et sine ullo fructu opibus carere, ea ratione non carere, ut vitam sic consequaris. de voce τηνάλλως, qua saepe usus etiam *Dio Cassius*, haud protrita *Bergl.* ad *Alciph.* p. 72, 73 notavit.

4. οἱ μηδὲν ἔχοντες μηδαμῆ. Sic cum iota subscripto legitur in prima edit., atque ita, quae sunt de hoc genere, velut ἄλλη, πάντη et alia plura, scribenda esse, cum sint antiqui dativi, monet *Etym. M. v. Αὐαρτῆ.* Ceterum in scribendo saepe variatur, et invenitur πάντη, et πάντη cert. vid. Cl. Koen ad *Gregor. de dial.* p. 95, 96. Vehementiam significationi τοῦ μηδὲν addit μηδαμῆ. §. 19. pariter μηδέσι μηδαμῆ. sic et dicunt μηδαμῆ μηδαμῆς, et οὐδαμῆ οὐδαμῆς, quod non semel obvium apud *Platonem.* vid. *Petr. Needham in Hieroclem.* p. 4.9. priore, qui ibi laudatur, loco usus est *Noster T. I. p. 176, 11. seq.* ubi et οὐδαμῆ cum i subscripto.

5. ἀμηχανεῖν βίου καὶ τῶν ἐλαχίστων σπανίζειν. *Gratius* illud ἀμηχανεῖν βίου victu carere necessariq. *Herodot. L. I. C. 35.* ἐνθα ἀμηχανήσεις χρήματας οὐδενὸς ibi nullius rei indigebis. *Iſocr.* dixit p. 185. B. τῶν καθ' ἡμέραν ἐκάπη ἀναγυναῖν σπανίζειν.

6. πτωχοῖς ἢ πατρόσιν. Sic legitur in prima editione: *vertit et Caryoph.*, *egenis aut patriciae: mutavit*

M 5

Com.

Combef., qui notat „πτωχοῖς η πένησιν, pro quo
vitiose editum πατρίσιεν. Obtemperarunt ceteri edi-
tores. Male, si quid video. πατρίδες numero mul-
titudinis saepe dicitur. Ad manum sunt multa loca
ex Xenoph., Dionys. Halicarn., Dione Chrys., Ar-
rriano in Epict., aliis : vel unus *I*socrates plura
suppeditat. velut p. 576. p. 63. D. p. 64. A. p.
132. A. Noster etiam ita T. I. p. 24, 32. Et
fuisse perhibentur, qui patriae suas opes largiren-
tur. Certe ita de *Democrito* scribit *Valer.* Max.
L. VIII. C. 7. Ext. 4. *At Democritus, cum di-*
vitiis censeri posset, — quo magis vacuo animo studiis
literarum esset operaturus (ita enim cum Perizo-
nio et Torrent. videtur legendum: atque ita lauda-
vit Meursius in not. ad Hesych. Miles. de viris
Claris, p. 143.) parva admodum summa retentia,
patrimonium suum patriae donavit. quamquam ab
Aeliano, ut monet Periz., fratribus hoc donasse
dicitur. Ael. locus est V. H. L. IV. C. 20. conf.
et Diog. Laert. L. IX. Segm. 35: de Cratete scri-
bit autem Aelian L. III. V. H. C. 6. omnes ema-
nasse ὅτι τῆς οὐσίας ἀπέση τοῖς Θηβαῖοις, εἰς
suas facultates Thebanis cessisse.

7. οἱ μὲν (ita pergit) τῆς εἰς λόγους σχολῆς, καὶ
νεκρᾶς σοφίας ἔνεκεν (in 1ma ed. εἴνεκεν) οἱ δὲ φί-
μης κενῆς, καὶ κενοδοξίας, ἀναξαγόραι, καὶ δημόποροι,
καὶ κράτητες. Legenda hic omnino sunt, quae
praeter commentat. ad Diog. Laert. L. II. Segm.
6. notavit Menagius T. II. p. 73. Egregie huic
faciunt illa *Tulli*, ibi laudata: *Quid ergo, aut Ho-*

mero

mero ad delectationem animi ac voluptatem, aut cui-
quam docto defuisse umquam arbitramur? Aut, ni
ita se res haberet, Anaxagoras, aut hic ipse De-
mocritus, agros et patrimonia sua reliquisserint? huic
descendi quaerendique divinae delectationi toto se
animo dedidissent? Origenes contra Celsum L. II.
Opp. T. I. p. 418. D. pauperatem praestantiae
Dominii Iesu nihil obesse ex eo probat, quod ma-
gnus philosophorum numerus apud Graecos fue-
rit, qui sponte pauperem vitae conditionem eli-
gerent, ex quibus quoque antestatur *Democri-*
tum, Cratetem, Diogenem. Quemadmodum autem
Ciceronis locus ostendit, philosophos τῆς εἰς λό-
γους σχολῆς καὶ νεκρᾶς σοφίας ἔνεκεν, ut ait noster,
divitias abdicasse; sic et *Io. Chrysostom.* loco in-
signi, ubi in eo est, ut gloriae conditionem eiusque
vanitatem ob oculos ponat, docet, plures hoc
fecisse Φίμης κενῆς καὶ κενοδοξίας ἔνεκεν, Opp. T. I.
p. 346. B. C. Quibus, inquit, per paupertatem
licuit magnam consequi gloriam, ii dilescere omni-
no non voluerunt, et magnam etiam auri vim sibi
oblatam respuerunt. καὶ τούτους (scribit ad *viduam*
iuniorem) οὐ πάρεμον δεῖγον μαθεῖν ἀλλ' ἀκριβέσ-
τερον ἡδῶς αὐτὴν τὴν Ἐπαιμονὴν, τὸν Σωκρά-
την, τὸν Ἀριστόν, τὸν Διογένην, τὸν Κράτητα, τὸν
μηλόβοτον ἀνέντα τὴν χώραν τὴν αὐτοῦ. de Cratete vid.
ibi not. p. 854: de quo sigillatim hoc addit; cum
caeteri, ex orientem sibi ex divitiarum contemtu
gloriam animadverteentes, eas contemserint. οὗτος,
καὶ ἐπερ εἴχεν, ἐρρίφεν, videtur hoc eo spectare,
quod

quod *Diogenis* suau pecuniam, quam habebat, in mare proiecerit: de quo conf. *Hemsterhus* ad *Lucian.* T. I. p. 173, 174. *Desino* in his *Grotii* ad *Matth.* XIX: 21. *Narratur Anacreon* talenta quinque a *Polycrate* sibi donata reddidisse, εἰπὼν, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς ἐπὶ αὐτοῖς Φρουτίδος. *Narrantur* alii in mare pecuniam proiecisse, cum dicto, *Pereas*, ne me perdas. *Tanti illis* videbatur amovere recte sapiendi moras.

S. 12.

I. Τι οὐν ὡς κακὸν, ἰδιον θεοῦ πάραγγέλλει — Olim pro ἰδιον legebam ἄξιον, quia in sequentibus habemus ἄξιον τοῦ σωτῆρος τὸ διδαχημα. Verum iam nihil muto et signate dictum puto, ἰδιον θεοῦ. ita §. 10. ὁ τῶν ζώντων ἰδιον ἔξιν. Sic et hic mox τὸ ἰδιον τοῦ ἀνθρώπου, quod hominis proprium est, T. I. p. 162, 16. atque ita saepius: planissime autem hic docet iam *Clemens*, servatorem omnino novum quid, et quod a notitia sapientissimorum hominum inter gentiles longissime remotum esset, tradidisse. per τοὺς προτέρους designat eos, quos paulo ante dixerat non una de causa divitiiis renuntiasse: deinde ἄλλοι sunt philosophi, velut *Diogenes*, aliique. Satis igitur mirari non possum, virum Doctiss., *Io. Aug. Eberhard.* in nova, quam aliquando edidit, apologia p. 31. (ed. vernac.) scripsisse, *Iustinum Mart.* et *Origenem* non tantum, sed et *Clementem Alexandr.* adeo *Platonem*

ma.

magistrum admiratos fuisse, ut ad severarō non dubitarent, Iesum praestantissima, quae dedit, praecepta, a Principe philosopho mutuatum esse; atque ad hoc adfirmandum excitāsse locum *Augustini* L. II de doctr. Christ. C. 43, qui vel plane contrarium docet: vid. *Hipponensis Episcopi* verba Opp. T. III. (edit. Bened.) p. 28. Sunt inter manus plura, ex nostro *Clemente* potissimum petitā, loca, quae hue conduci possent, ex quibus constet, plerosque veterum ecclesiae doctorum in ea ex adverso versatos fuisse opinionē, philosophos, quae praeclara habent, ab Hebraeis hauſisse, nimis hic etiam aliquando sibi indulgentes, et in antiquis auctoribus multa videntes, (quod de *Clemente* in primis verisime scripsit *Moshemius* ad *R. Cudworthi* syst. intell. p. 427, n° 6.) quae praeter eos nemo facile viderit: verum haec iam omitto, ut huic observationi modum faciam. Hoc tamen haud praetermittendum, non *Clementem* certe aliasque Eximios ecclesiae Antistites, sed *Celsum*, et plures huius generis religionis Christianae hostes statuisse, a Iesu nostro nihil, quod ipsi proprium esset, prolatum esse, sed eximia quaevis a Philosophis, *Platone* potissimum, ducta, quin et melius haec ab iis dicta: lege, sis, quae scripsit *Origenes* contra *Celsum*, Opp. T. I. p. 641 seq., et conf. p. 323 B., et p. 735, 736. Longe autem hinc diversum est. quod praeter alios *Origenes* in primis doctrinam Christianam ex libris gentilium affirmaverit: ita certe de eo *Hieronymus*

mus

mus Epist. 84, quae est ad magnum Oratorem Romanum: Hunc (Clementem Alexandrinae ecclesiae presbyterum) imitatus Origenes decem scripta Stromateas, Christianorum et Philosophorum inter se sententias comparans, et omnia nostrae religionis dogmata de Platone, et Aristotele, Numenio, Cornutoque confirmans. in plurimis procul dubio hic male seduli fuerunt Optimi viri. ceterum, quam vellem supereset liber, quem conscripsit Alexander Hierapolis episcopus et martyr, novem capita complexus de rebus novis, quas Christus in mundum intulit, τι καὶνὸν εἰσῆγεντος Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον, teste Suida v. Αλέξανδρος, Ἱεράπε.

2. τι δὲ ἐξαίρετόν τι ἡ καὶνὴ κτίσις, ὁ ὑἱὸς τοῦ θεοῦ, μηνύει καὶ διδάσκει; τοῦ θεοῦ recte prima edit. et Combeſſis, habent: male c. teri τοῦ ομittunt. τι post ἐξαίρετον hic minus commodum: legendum τι δὲ; quid autem? ἐξαίρετόν τι eximium aliquid —; vel potius, quod cum verborum et sermonis nexu melius congruere videtur, τι δὲ ἐξαίρετον ὁ, τι ἡ καὶνὴ —, quid vero praezellens illud et singularē, quod nova —: ὁ hic facile post ἐξαίρετον excidere potuisse, non est quod moneam: quod ex versione Caryophili etiam substitui pro quid, quod ceteri habent. — Verum hic potissimum animum advertit illud ἡ καὶνὴ κτίσις, ὁ ὑἱὸς τοῦ θεοῦ. Apud Rufinum in Epilogo in Apologeticum S. Pamphili Martyris Opp. Origen. T. IV. ad calcem p. 50, 2. B legimus, Clemens quoque alias, Alexandrinus Presbyter et magister illius ecclesiae, in omnibus

bus pene libris suis Trinitatis gloriam atque aeternitatem unam eandemque designat, et interdum invenimus aliqua in libris eius capitula, in quibus Filium Dei creaturam dicit. Numquid (sic pergit) credibile est de tanto viro, tam in omnibus catholicis, tam eruditissimo, ut vel sibi contraria senserit, vel ea quae de Deo non dicam credere, sed vel audire quidem impium est, scripta reliquerit: adulterata igitur existimavit. De his agendi hic non est locus. An hunc locum, in quo Dei filius a Clemente nostro creatura dicitur, etiam ob oculos habuerit Rufinus, incertum: hoc autem constat, nisi fallor, illum non esse, corruptum. Nec me quidem offendit illud ἡ καὶνὴ κτίσις: de quo hic nonnulla, dicenda. Dixerat τι ὡς καὶνον, ἔδιον θεοῦ —: posterioris intuitu iam dicit ὁ ὑἱὸς τοῦ θεοῦ, prioris ἡ καὶνὴ κτίσις. porro illud καὶνὸν de Christo Domino Clementi adeo in deliciis fuit, ut pluribus locis in Protrept. cum dixerit τὸ φόρμα τὸ καὶνὸν. vid. p. 3, 22. p. 5, 4. p. 6, 9, 24. ubi monet, non eo sensu se novum dicere, quo vas aliquid, aut domus, ita dicitur, nam canticum meum novum, inquit, πρὸ ἑωθόφορου ἦν, καὶ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ Λόγος. novum dicit (sic addit), quod cum παιδιὰ sit πλένη, ἡ ἀλήθεια sit καὶνὸν: atque ita etiam in fine dicit, se τὸν Λόγον, qui omnium rerum principium fuit, quatenus novissimis temporibus venerando et olim sancto nomine Christi appellari voluit, καὶνὸν φόρμα vocare. p. 7, 12. scribit,

bit, τοῦτό ἐσι τὸ ἄσμα τὸ καινὸν, ἡ ἐμφάνεια ἡ νῦν ἐκλάμψασα ἐν ἡμῖν τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος καὶ προόντος Λόγου. Ex quibus locis et hoc cognoscimus, Clementem solicite cavisse, ne quis illam appellatiōnēm τοῦ καινοῦ ἄσματος ita acciperet, ut Divinae praestantiae aeterni Dei filii obeset; quemadmodum et ita hic ἡ καινὴ κτ.; ὁ νῦν τοῦ θεοῦ. Est locus, ubi et ἡ κτίσις ἡ καινὴ dicitur, simpliciter quidem, sed ita ut divina eius benignitas et potestas liquido appareat. vid. ib. p. 88, 21. τοῦτο, inquit, ἡ κτίσις ἡ καινὴ βεβούληται. intelligent ibi novam creationem; ego potius novam creaturam, Iesum: nempe scribit ibi, τὰ πάντα Φῶς ἀνοίκησεν γέγονεν, καὶ ἡ δύσις ἀνατολῆ πεπίστευκεν, occidentis orienti credidit. tum sequitur illud, τοῦτο ἡ κτίσις ἡ καινὴ βεβούληται. ita de Domino p. 6, 8. — τι δὴ εὖν τὸ ὅργανον, ὁ τοῦ θεοῦ Λόγος, ὁ Κύριος, καὶ τὸ ἄσμα τὸ καινὸν βούλεται; hoc vult, διβαλμοῦς ἀναπετάσαι τυφλῶν κ. τ. λ. lege iam quae hic sequuntur: v. 25 dicit, οὗτος (*sol iustitiae*) τὴν δύσιν εἰς ἀνατολὴν μετήγγιξεν, καὶ τὸν θάνατον εἰς ζωὴν ἀνέσυρθεν: atque ita δύσις ἀνατολῆ πεπίστευκεν. In hac sigillatim denominatione Noster fortassis imitatus est Ignatium, qui in Epist. ad Ephes., cum paulo ante Christum dixerat θεὸν ἀνθρώπινὸς Φανερούμενον εἰς καινότητα αἰδίου ζωῆς, eum §. 20. appellat τὸν καινὸν ἀνθρώπον, scribens προσδηλώσω ὑμῖν ἃς ἡρξάμην οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἀνθρώπον Ἰησοῦν Χριστὸν. Ἡ καινὴ κτίσις est creatura, cui par aut simile in his terris nunquam extitit, homo, sed

idem

idem Deus, per quem vera lux est et vita aeterna. Revoco hic me in memoriam Epigrammatis in Xerxes, quod legitur in Anthol. Lat. L. I. p. 192. *Quis novus hic hominum terramque diemque, fretumque Permutat?* certe sub Iove mundus erat. pro novus hominum ibi Eruditissimi viri legunt *novus dominus*; sed recte se habet *novus hominum*, ut monuit ὁ πάντων Wesselink. ad Herodot. p. 536: homo erat, ut videbatur certe, at idem, naturae faciem ita mutans, *Iupiter*, sub quo mundus erat: homo dices, qualis nunquam inter homines apparuerat. Verum, satis superque de his dictum. Adiungo tantum, hoc ἡ καινὴ κτίσις, ὁ νῦν τοῦ θεοῦ idem esse ac illud *Paulinum*, prout equidem expono, Col. I: 15, εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀράτου, κρατότονος πάσης κτίσεως, omnium creaturārum praecellentissima.

3 διὰ τούτο. Sic prima ed., ut et *Combeſſi* et *Itigii*: *Fellus* et *Potter*. male διὰ τούτο. mox etiam princeps edit. et *Combeſſi*. τελεώτερον, ceteri τελεώτερον. hoc perinde, §. 42. etiam τὸ τέλον φυλακτήριον et §. 20. σέλεον πρὸ τελείως: sic et §. 3.

4. γυμνῶσαι τῶν ἀπὸ τῶν παθῶν, καὶ πρόρριζα τὰ ἀλλότρια τῆς γυναικός ἐκτεμεῖν καὶ ἐκβαλεῖν. prima editio habet τῶν ὑπὸ τῶν παθῶν in margine notatur, lī. τῶν τοιούτων παθῶν, atque hoc in versione expresum, denudare huiusmodi aegritudinibus. legendum potius putem, vel γυμνῶσαι τῶν ὑπόντων (i. e. ὑπαρχόντων) παθῶν, ut apud Dion.

N

Casf.

Casf. T. I. p. 764, 60. γυμνῶσαι τῶν δυνάμεων, et sic alibi cum genit. sine praepositione, vel γυμνῶσαι ἀπὸ τῶν παθῶν, expuncto priore τῶν et pro ὑπὸ lecto ἀπὸ. Saepe haec permisceri, notum. — Τὰ πάθη, ut vere *Philosophus Ethic.* L. II. C. 4, neque αἱ ἀρεταὶ sunt, neque αἱ κακαὶ. At Noster est Stoicos secutus, qui τὰ πάθη improbabant. vid. not. Cl. Potteri ad T. I. p. 158, 24. Scribit Clemens p. 460, 32. πάθος δὲ, πλεονάζουσα ὄρμὴ, ἡ ὑπερτείνουσα τὰ κατὰ τὸν λόγου μέτρα· ἡ ὄρμὴ ἐκφερομένη, καὶ ἀπειθῆς λόγῳ παρὰ Φύσιν οὖν κίνησις ψυχῆς, κατὰ τὸν πρὸς τὸν λόγον ἀπειθεῖσην, τὰ πάθη, ubi et nonnulla adscripta: atque hinc intelligimus, cur p. 100, 31. dixerit τὰ παρὰ Φύσιν τῆς ψυχῆς πάθη. p. 487, 8. legimus: ὁ μὲν οὖν ἀπλοῦς λόγος τῆς καθ' ἡμᾶς Φιλοσοφίας τὰ πάθη πάντα ἐναπερείσματα τῆς ψυχῆς Φύσιν εἶναι, τῆς μαλβακῆς καὶ εἰκενύτης, καὶ οἷον ἐναποτ. Φραγίσματα τῶν πνευματιῶν Δυνάμεων, πρὸς ἣς οὐ πάλι οὔσην. — Τὰ ἀλλότρια Stoicis sunt, quae Noster paulo post dicit τὰ ἔκτὸς, res externas, sive fortunae, quae vocant, bona, τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, quae non sunt in nostra potestate, qualia sunt τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαι, καὶ ὅσα οὐχ' ἡμέτερα ἔργα, corpus, possessio, existimatio, magistratus, et quae- cumque non sunt nostra opera, ut scribit Epicetus initio *Enchir.* ubi vid. Sic et *Euripid.* de corpore in *Supplic.* v. 534. οὕτι γὰρ κεκτήσεις Ἡμέτερον αὐτὸν: non enim possidemus illud nobis proprium: et de divitiis in *Phoeniss.* v. 558. Οὕτι

τὰ

τὰ κρήματα¹ ἰδια κέκτηται Θροτοί, ubi ad v. 561. vid. *Valcken.* alia dabit *Pricaeus* ad *Euang.* *Lucae* C. XVI: 12. Egregie a *Nostro Strom.* L. VII, p. 879. 9. seq. verus gnosticus describitur, εὐσυνείδητος πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ ἀεὶ ἔτοιμος ἀν., ὡς ἂν παρεπίδημος, καὶ ἔνεος τῶν τῇδε κληρονομημάτων, μδνων τῶν ἰδίων μεμνημένος, *memor tantum propriorum*, τὰ δὲ ἐνταῦθα πάντα ἀλλότρια ἡγούμενος, quae autem hic sunt omnia aliena existimans. p. 278, init., quum dixisset, virum bonum nunquam inopia laborare, ita pergit: πάρεσι μὲν γὰρ αὐτῷ αἰτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν ὃν δὲ δέηται παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων, καὶ τῶν ἰδίων ἀπολαύειν. *propriis frui*, εἰ Φιλάττοι τὸν οὐδὲν. addit, πάρεσι δὲ καὶ τοῦτο, μηδεμιᾶς ἐνδειας αἰσθάνεται. Hic scripsisse videtur πάρεσι δὲ καὶ τούτῳ, ut ante πάρεσι μὲν γὰρ αὐτῷ. conf. sis cum bis, quae in subsequentibus legimus §. 19. huius libelli. τὰ ἀλλότρια igitur hic sunt bona huius vitae, opes in primis, quarum cupiditate homines, ut plurimum, tanguntur, in quibus summam boni ponunt, et quibus confidere solent. Cur autem ἀλλότρια dicuntur, diserte exponit Clemens p. 605, 20. et seqq. Quemadmodum autem dicit, Christum velle, ut malis affectibus nos denudemus, atque ita simus ἀπαθεῖς, sic et velle, ut τὰ ἀλλότρια *ex animo a radicibus excindamus et ejiciamus*. Verba ἐκτέμνειν, et ἐκκόπτειν, quod habet Clemens §. 29, ipsa hac in te sunt Stoicorum vocabula: ut autem ibi ἐκκόπτειν ἄρδην τὰ πάθη πρόρριζα, ita hic πρόρριζα ἐκ-

τεμεν. Sic Appianus dixit πρόφριζου ἐσβέσθιν Vol. II. (ed. novisf., p. 52, 63. plura huius generis dabant Valck. ad Eurip. Hippol. p. 239, 2. A., Wesseling. etiam ad Herod. p. 479, ut et Bergl. ibi laud.

5. καταφρονήσαντες τῶν ἔκτος. quid apud Stoicos sint τὰ ἔκτος, iam dictum. distinguunt illi inter τὰ ἔσω et τὰ ἔκτος. τὰ ἔσω sunt, quae pertinent ad nos, id est ad animum, qui est nostrum ego, τὰ ἔκτος, sunt omnes res externae, in quibus sum etiam, ut ex Epicteto vidimus, corpus censemur. vid. Idem Enchir. C. 29. §. 7. Atque ita etiam scribit Noster §. 15. τὰ μὲν ἔντος ἔσι τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ ἔκτος. Neque tamen ita omnes Stoici: plerique, ut tradit S. Empiricus p. 700, τὰ ἀγαθὰ dicebant τὰ μὲν περὶ ψυχῆν, τὰ δὲ ἔκτος, τὰ δὲ, οὐτι περὶ ψυχῆν, οὔτε ἔντος, nimisrum τὰ περὶ τὸ σώμα ἀγαθὰ. Aristoteles autem, sed alio paululum ratione, bona trifariam dividebat, dicens esse τὰ ἀγαθὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοῖς ἔκτος. vid. Bergl. ad Alciph. p. 410, 411. Atque ita Peripatetici Aristotelem suum secuti; Academici etiam, quamquam non ita frequenter: vid. not. ad Sextum Emp. p. 690. n. L. Sic et pluribus locis Plato; aliquando tamen τὰ ἔκτος non memorans, ut docent observat. ad Diog. Laërt. L. III. Segm. 80. atque haec quidem est vulgata divisio. ita Hierocles p. 256. τὰ τῆς ψυχῆς, καὶ σώματος, καὶ τῶν ἔκτος. Philo Iud. p. 322. E. τὰ σώματος, τὰ ψυχῆς, τὰ ἔκτος: alii plures. Notandus hic locus

Basilii Magni in homilia in illud, attende tibi ipsi T. II. p. 18. 6. ἄλλο, inquit, ἐσμὲν ἡμεῖς αὐτοί, καὶ ἄλλο τὰ ἡμέτερα, καὶ ἄλλο τὰ περὶ ἡμᾶς. ἡμεῖς μὲν οὖν ἐσμὲν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς —. ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα, καὶ αἱ αἱτοῦ αἰσθήσεις. περὶ ἡμᾶς δὲ χρήματα, τέχναι, καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ βίου κατασκευή. Quae autem hic τὰ ἔκτος, §. 19. Auctor dicit τὴν ἔξω κτῆσιν.

6. οὓς αὐτοὶ τι ὑπὲρ ἀνθρώπου ἐργάζαμενοι. sic recte in prima editione, a que ita etiam Combeſſius: quod cur deinceps mutatum sit in ἐργάζουμενοι, equidem ignoro.

7. καὶ γὰρ ἀν ωκεῖνο ἔσι — Carioph. vertit, nam et illud verum est: ceteri, nam eis illud contigerit, quod minus probandum. Graeci dicant καὶ γὰρ ἔσι τεῦτος, et ἔσι ponitur pro verum est. ἔκεινο recte refertur ad sequens. Isocr. p. 107. B. ἀλλ' ἔκεινογε φρδίως πονεῖσι, τὰς πόλεις τὰς τὴν Ἀσταν καταικούστας ἐλευθερώστεις. Sic et Noster p. 277, 37., et hic §. 15. ἐγὼ γοῦν ωκεῖνο Φίσαιμ' ἀν. Verum quid illud ἀν? Vocula haec verbo modi indicativi aliquando apponitur, et vim δυνητικὴν habet, ut egregie docuit I. Toup. Emend. in Suid. P. I. p. 196. Sic καὶ γὰρ ἀν ωκεῖνο ἔσι essem, etenim fieri potest, ut et illud ita sit, vel etenim et illud verum esse potest: dubito tamen, num ἀν sincerum sit, et legendum mili potius videtur αὐτόν. Saepissime haec male inter se permutantur. vid. Valck. ad Eurip. Phoen. v. 4c4. et Markl. ad Supplices p. 180, 2. In pri-

ma edit. legitur *av*, quod quin typorum vitio ita pro *av* expresum sit, vix dubitari potest. *av* etenim, etiam *porro*, et in progresu orationis vel argumentationis non raro adhibetur. conf. *Ael.* V. H. II. 13. Noster ita §. 18. οὗτος καὶ ἄπορος τὸς αὐτὸς καὶ ἀβίος —. conf. et *T. I.* p. 122, 4. Sententia igitur verborum haec est: *etenim rursus* (*vel porro*) *et illud verum est.*

8. ἐντετηκούσιν καὶ συζῶσσαν, exquisite dictum, ἐντετηκούσιν *intime insidentem*, et *impressam*. sic *Sophoc.* Electr. v. 1311. μίσος τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκ' ἔμοι. apud *Dion. Halic.* Antiq. Rom. p. 518, 15. Φροντὶς ἐντετηκούσια τοῖς σπλάγχνοις. metaphora ducta ab eo, v. c. *plumbo*, quod liquidum factum et infusum firmiter inhaeret. legimus apud *Dionem Chrysost.* p. 398. in fine ἐπειδὴ αὐτοῖς ἐνήκετο τοῦ μέλιτος —. Cl. *Reiskius* emendat ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἐνήκετο τοῦ μέλιτος. nihil mutandum puto; tantum pro ἐνήκετο legatur ἐνετήκετο. συζῶσσαν quasi *una cum ipso viventem*, id est, in ipso perpetuo vigentem. paulo diversa ratione dicitur quis πενίᾳ, Φθώ, ἀρετῇ συζῆν, quae *Ioa. Chrysostomo* in primis trita.

9. μὴ οὐ κατακλασθε. sic in prima edit. *Comberfisius* ceterique οὐ omiserunt. Verum μὴ οὐ non nunquam ita iungitur, quod vel *Lexica* docent. Sic e. g. *Soph. Oed. Tyr.* v. 13. — τοιάνδε μὴ οὐ κατοικεῖρων ἔδραν. etc.

1. ικανὰ κεκτημένου αὐτόντε περὶ τὴν κτῆσιν μὴ καποκαθεῖν, καὶ οἷς καθίκεν ἐπικουρεῖν. ικανὰ κεκτηθαι est possidere quod satis est. Hic Stoicis alter divitiarum modus, docente *Seneca Ep. 2^{da}* in fine: *Quis sit divitiarum modus, quaeris? Primus, habere quod necesse est: proximus, quod sat est. περὶ τὴν κτῆσιν μὴ καποκαθεῖν est, quae habes ita possidere, ut malis, fame, inopia, non vexeris, sed semper tibi suppetat, quod satis est.* de verbo καποκαθεῖν vid. *L. Bos V. C. ad 2 Tim. II: 3. Thucyd. L. IV. C. 29. de militibus κακοπαθοῦντες τοῦ χωρίου τῷ ἀπορεῖ.* add. *Stobaeus* p. 202, 15. Mox ex prima editione dedi κατακλασθετο pro κατακλιποτο, quod ceterae habent.

2. κτῆσαθε θησαυρὸς — διορύσσουσι. Opportune hic Auctor, qui πολλὰ ἀλλα τοῦ κυρίου δογματα memoraverat, hic, quod veteribus ecclesiae Doctoribus moris est, plura S. Scripturae loca iungit. memoriter hic etiam locum laudans, κτῆσαθε scribit pro θησαυρίστε ὑμῖν, quomodo habet, haec explicans *T. I.* p. 578, 13. In prima editione legitur διαράσσουσι. forte quis hinc existimet, Clementem scriptissime διαράσσουσι: sed διορύσσουσι etiam habet l. cit.

3. ἐπιξενοῦσθαι ζαγχαῖρ κελεύει καὶ ματθαῖρ τοῖς πλαυσιοῖς καὶ τελόναις. *Caryoph.* vertit, hospitem iubet esse sibi *Zachaeum* et convivatur apud *Mat-*

thacum — illud *convivatur* — non est in textu: hoc requiri existimans *Combeſius* edidit καὶ Μαθαῖος (*συνδειπνεῖται*) reddens, et cum *Matthaeo* communem coenam agit: in quo ceteri recte eum non sunt feciui. Nimirum illud ἐπιζενοῦσθαι, quod ad *Zachaeum* proprie spectat, extenditur etiam ad *Matthaeum*, cum familiarius convivium ad illud etiam ex parte pertineat. Ceterum possis et hoc, si velis, referre ad sermonis brevitatem, qua veteres saepe uti solent, duobus, pluribus etiam, vocabulis unum verbum subiungentes, quod uni eorum tantum proprie respondeat: cuius generis plura habent *Eximii viri Dukeruſ* et *Graeviuſ* ad *Flor.* L. II. C. XVII. §. 12. et ad L. III C. XXI. §. 26. adde et *Drakenb.* ad *Liv.* L. 40. C. 42. §. 11. *ab aliis*

4. τὴν δὲ δικαιαν πρίσιν ἐπιθεῖς, καὶ τὴν ἄδικον ἀφελῶν in margine 1^{mae} edit. notatur, pro πρίσιν legendum videri κτήσιν, atque ita etiam reddit *Caryoph.* sed iuste possessa relinquens, et iniusta demens. verum πρίσιν sincerum esse existimo. τὴν ἄδικον πρίσιν tollit Dominus, et iustum adjicit, ad ea, quae *Zachaeus Luc.* XIX, Com. 8. dixerat, ita respondens, ut diceret: Com. 9, σύμερον σωτηρία τῷ δικῷ τούτῳ: (conf. Com. 7.) Caetera in 1^{ma} editione non leguntur, quocirca et hic expungenda esse censui.

5. μὴ ἀπὸ χρημάτων commode hic μὴ exponitur per ei μὴ nisi: cuius generis exempla ex *Aristotele*, *Demosthenē* alisque produxit *Budaeus* in *Comm.*

L. G.

L. G., et de quo doctisf. *Hoogeveen* egregia dedit in *Doctrina Particularum T. I.* p. 731.

§. 14.

1. Οὐκ ἄρα ἀποβόκτέον τὰ καὶ τοὺς πέλας ὀφελῶντα χρήματα. Cum iis, quae hoc capite docet auctor, convenient, quae *Athenaeus de Zenone Stoico* tradit L. VI. p. 233. B., eum nimirum existimasse divitias nec inter optanda, nec inter fugienda, sed inter indifferentia, inter τὰ ἀδιάφορα, sicut et *Noster* §. 20. dicit, esse habendas, excepto legitimo et recto earum usu. Qui hic autem opes non esse abjiciendas, scribit *Clemens*, abjiciendam esse monet vasorum multitudinem et pocula argentea et aurea, et famulorum turbam, *Paedag.* L. III. p. 277, 6.

2. κτήματα γάρ ἔσι κτητὰ ὄντα, καὶ χρήματα χρήσιμα ὄντα. — In his cerni ut verborum notatio, qua saepe eundem in modum usi sunt *Praestantissimi scriptores*. Similium exemplorum in promptu est uberior copia: unum tantum hic excito, ut simul leviter emendem. Est ex *Iſocrate ad Demonicum*, p. 8. A. Πειρῶ τὸν πλεῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκεύαζεν. ἔσι δὲ χρήματα μὲν, τοὺς ἀπολαύειν ἐπιταμένοις κτήματα δὲ τοῖς χρῆσθαι δύναμένοις. At χρῆσθαι idem est quod ἀπολαύειν, neque id respondet ad τὰ κτήματα. melius in Codd. nonnullis pro χρῆσθαι legitur κτᾶσθαι: quomodo et edidit Doctisf. *Auger.* non tamen

ita scripsit, ut puto, *Isoocrates*, cuius manus esse videtur κεκτηθαι. Sententia huc redit: *da operam ut divitiae tibi sint χρήματα et κτήματα. χρήματα autem iis sunt, qui frui sciunt, κτήματα autem iis, qui possidere norunt.*

3. τοῖς εἰδόσι τὸ ὄργανον ἔαν. — Non videtur ita scripsisse Clemens. Si haec iuncta voluisse, scripsisset potius τοῦ ὄργανου. *Homerus* εἰδὼς ita pasim cum genitivo construit: sic et alii, velut *Euripides Iphig. in Aul. v. 1070.* (ed. *Musgr.*) Μουσῶν εἰδῶς. plura et egregia hic dedit ὁ πάντα *Hemsterh.* ad *Thom. Mag. v.* γεγυμνασμένος. Sed nihil novandum: interpunctio tantum mutanda, et ὄργανον ad sequentia referendum hoc modo, τοῖς εἰδόσι. τὸ ὄργανον, ἔαν χρῆ τεχνικῶς, τεχνικὸν ἔσιν. lege sis, et vide an non oratio sic melius procedat. Verum et οἱ εἰδότες ita absolute positum eleganter saepius est *scientes*, *periti*. Sic λέγειν πρὸς εἰδότα apud *Aeschyl.* Suppl. v. 750. et in *Prometh. v. 440.* legimus, καὶ γὰρ εἰδούσιον ἀνθρώπου λέγοιμι, ubi Cl. *Abresch.* Autim. ad *Aesch. L. I.* p. 32. non male pro ἐν legendum censem. εὐ, vel καὶ pro καὶ: praepositio enim hic addi solet, et dici λέγειν ἐν εἰδόσιν, et similia, ut exempla ibi producta docent. *Demosth. p. 213.* in fine (ed. a. 1570.) κρίνεθαι ἐν τοῖς πάντας εἰδόσι. *Andocides p. 20, 18.* (ed. a. 1575.) καὶ τάντα ἐν εἰδόσι δῆπου καλλίου ἡμῖν. *Synefius p. 303.* Α. ἐν εἰδόσιν διοφυρόμενος τὰν καταβεβλημένην εὐγένειαν. nonnulla de hoc genere etiam notavit *Westen.* ad

2 Petr. I: 12. Addo *Dionem Chrysost.* contra se posuisse τοὺς ἀπειρους et τοὺς εἰδότας p. 143. A. Ceterum cum his τὸ ὄργανον, ἔαν χρῆ τεχνικῶς, τεχνικὸν ἔσιν, et quae consequuntur, compara quod *Ios. Chrysostomus* habet de gladio Opp. T. II. p. 232. Λ. τὸ ξίφος κεῖται μέσον. καὶ μὲν κατὰ τῶν πολεμῶν χρόνη, σωτήριον τὸ ὄργανον γέγονεν. ἂν δὲ κατὰ ταυτοῦ τὴν πληγὴν ἀθήσῃς, οὐχὶ ἡ σιδήρου Φύσις, ἀλλ' ἡ σὺ παρανομεῖα γίνεται τῆς σφαγῆς αἰτία. Nec dissimile est, quod scribit de *ieiunio* p. 40. B. Φάρμακον ἔσιν ἡ νηστεῖα ἀλλὰ τὸ Φάρμακον, καὶ μυρίσκης ὀφέλους ἡ, πολλάκις ἀχρηστὴν γίνεται διὰ τὴν ἀπειράν τοῦ χρωμένου. lege et quae *Dio Chrys.* habet p. 147, 148.

4. ἀπολαύει τῆς σῆς ἀμοντίας. Sensus est: *vitiū contrahit ex tua imperitia, damnū imperitiae tuae in illud redundat.* de usu hoc verbi ἀπολαύειν vid. quae scripsit vir magnus ad *Luciani T. I.* p. 101, 102. Emendationem meam, (quod hoc loco tantum factum est,) in textum recepi, quia vulgatam sequi non poteram, et emendationem certissimam esse arbitror. In 1^{ma} edit. legitur ἀποντίας, quod hic plane alienum. in margine scriptum ἀποντίας. *Combeff.* hoc remotius censens, substituit ἀπαιδευτίας, atque hoc in textum induxit: inde propagatum in ceteras editiones. primum legebam ἀπειρίας; quo in praecedente nota vidimus pari ratione uti *Chrysostomum*. Sed nullus deinde dubitationi locus relictus est, quin a *Clemente* scriptum fuerit ἀμοντίας. *Plato* in *Alcib. I.* p.

p. 32. A. ἔτι τὴν ἀνδρεποδόδην (Φαῖεν οἱ γυναικες) τρίχα ἔχοντες ἐπὶ τῇ ψυχῇ, ὑπὲρ ἀμονίας (prae imperitia) καὶ —. Philo Iudeus (vet. edit.) p. 510. A. etiam habet μουσικὴν ἀμονίαν, πάσῃσιν ἀπαιδευτίᾳ, συνόλως τέχνην ἀτεχνίαν. conf. et Ad. V. H. L. XIII. C. 25.

5. δύνασαι χρῆσθαι δικαιῶς αὐτῷ; πρὸς δικαιοσύνην καθιτηρετεῖ ἀδίκως τις αὐτῷ χοήται; πάλιν ὑπὲρ της ἀδικίας εὑρίσκεται. In 1^{ma} ed. legitur καθ' ὑπὲρ ρετεῖ, certe pro καθιτηρετεῖ. verbum hoc valde rarum est; habet tamen Eustathius de Ismeniae Ismenes amor. L. IX. p. 357. prope finem. καὶ πάλιν ὑσμίνη καθιτηρετεῖ τῇ δεσπολνη πρὸς ἔρωτα. — τις interrogat, pro εἴτε, ut Iac. III: 13. et saepius. conf. Vorst. de Hebraism. N. T. L. I. C. 7. p. 171. Ceterum his similia si desideres, dabit Aeschines dial. II. §. 17. et §. 32, ubi vid. nota Horret p. 96. Artem illam, quae docet de viriarum usum, B. Chrysostomus in Matthaeum, ut scribit summus Casaubonus ad Persi Sat. 6^{ta}, p. 187, pronunciavit τέχνην εἶναι πατῶν τῶν τεχνῶν ἀνατέραν ἀρτεμ artium.

6. τὸ ἐξ ἑαυτοῦ μὴ ἔχου μήτε τὸ ἀγαθὸν μήτε τὸ κακὸν. Sic 1^{ma} edit. ἐξ ἑαυτοῦ. et mox etiam καὶ αὐτὸ. Ceterum, quod Noster hic de divitiis, hoc universe de omnibus rebus pronunciat Isocrates in Arched. p. 126. B. εὐδὲν γὰρ, inquit, τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμας, οὔτε κακὸν, οὐτὲ ἀγαθὸν ἀλλ' ὅπερ ἂν χρέωται τις καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς κυρραῖς οὖτας ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν.

7. ἀφ'

7. ἀφ' ὃν ἀν ἔληται καθ' αὐτὸ. in 1^{ma} ed. legitur ἔληται. (sorte quis suspectur, Clementem scripsisse ἔληται, coll. Iac. I: 14, et Lucian. T. I. p. 613, 96.) sed typorum vitium est pro ἔληται, quomodo Combesius ceterique recte ediderunt. Caryoph. ita etiam legit. qui haec vertit pro sua voluntatis arbitrio. de ἀφ' ὃν vid. G. Budaeus Comm. L. G. p. 1345, 30. seq. — Quod mox sequitur, ἐλεύθερον vel τὸ ἐλεύθερον, est libertas. conf. Thucyd. p. 125, 87. Homerus dixit ἐλεύθερον ἥμαρ, de quo Obs. L. I. 2. edit.) p. 24. notavit I. F. Gronovius.

8. τῆς μεταχειρίσεως τῶν δοθέντων. Ita recte in 1^{ma} edit., in ceteris male μεταχειρίσεως. Haec crebro confunduntur, de quo alibi notavi Recte in Dione Cassio p. 837, 82. (nov. edit.) iam est διαχειρίσις, quod ante erat διαχειρίστις. recte etiam apud Isidor. Pelus. L. II. Ep. 127. C. Rittershusius pro ἐγχειρίσει legit ἐγχειρίσειν. vitiose ibidem paulo post, ut obiter hoc addam, σκαιωρύθεντα προ σκευωρύθεντα. In Glossario in Sacros N. T. libros Cl. Io. Alberti p. 73. ex adverso legitur: Ραδιουργίας, ἐγχειρίσεως πονηρᾶς, pro ἐγχειρίσεως. Ceterum in fine εἰρημένου in 1^{ma}, et Combesii edit., in reliquis male εἰρημένων.

§. 15.

I. Ἐγὼ γοῦν κάκεινο Φήσαιμ' ἀν. male in ed. Felli et Potteri Φήσαιμ'. ἀν — in 1^{ma} ed. sine illa

ulla distinctione Φίσαιμ' ἀν ἐπειδὴ — recte Combeſſiſ. et Iſtigius punctum posuerunt post ἄν. Noster in Protrept. p. 13. init. τούτους ἔγώ γ' ἀν ἀρχηγούς Φίσαιμι μέσων ἀλέων — Mox pro πότερον ταῦτα παρατεῖται in 1^{ma} ed. est πρότερον τ. π., typorum vitio: quocirca ceteri πότερον bene dederunt.

2. πλούτειν τῶν παθῶν. in prima edit. legitur πλούτειν, τῶν παθῶν. in margine legitur ἵσ. διὰ τῶν —, quomodo et Caryoph. vertit, adhuc esse potest dives per affectus. Sed optime Combeſſiſ hanc coniecturam reiecit, et monuit, πλούτειν πτῶον esse pravis affectibus esse divitem atque hoc mox, et saepius, a Clemente repeti. Nimirum πλούτειν, πλοῦτος et similia eleganter metaphorice transferuntur ad notandam quamvis rerum, bonarum in primis, subinde et malarum, copiam. Egregie ita voce πλοῦτος usus Apostolus in primis in Epistolis ad Rowanos et Ephesios; et alia structura 1 Tim. VI: 18. dixit πλοῦτειν ἐν ἔργοις καλῶς omni virtutum Christianarum genere abundare. Clemens, ut hic etiam §. 16. dixit πλοῦτειν τῶν ἐπιθυμιῶν, atque ita et in seqq.

3. ἡ γάρ τοι διάθεσις τὸ αὐτῆς ἐνεργεῖ, καὶ τὴν λογισμὸν ἀγχεῖ καὶ πιέζει, καὶ Φλεγμανικὲς ταῖς συντρόφοις ἐπιθυμίαις. voce διάθεσις pro affectu saepius in hoc lib. utitur Clemens, vid. §. 1. in fine §. 3. §. 12. §. 19. vertitur hic a Caryoph. ceterisque cupiditas. forte quis hic malit, invitante verborum cohaerentia, in primis illis, καὶ τῶν μὲν ὑπηρετῶν περισκοψει, ἔξεπεισε δὲ —, ἀπόθεσις depositio,

abiectionis opum, quomodo et in fine huius paragaphi dixit ἀποθέσθαι τὰ βιωτικὰ. — Λογισμὸς mens, ratio conf. Suidas in libro de mundi opificio scribit Philo p. 32. A. (vet ed.) Deum τὸν βιωτικὸν λογισμὸν ἐνδρύσασθαι τῷ ἡγεμονικῷ. L. I. Allegor. p. 53. B. haec apud ipsum legimus: ἐσὶν ἡμῶν ἡ ψυχὴ τρικερῆς, καὶ ἔχει μέρος, τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δὲ ὑμικὸν, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν καὶ συμβέβηκε τοῦ μὲν λογικοῦ χωρίου εἶναι καὶ ἐνδιαίτημα, κεφαλὴν. His gemina habet Noster p. 110, 13 ἐνθρονίζεται δὲ οὗτος (δὲ λογισμὸς) ἐν ἐγκεφάλῳ. vid. ibi not. et p. 250, 12. seq. ubi tres illas animae partes pluribus exponit: sic et alii, qui isthoc loco laudantur. — loco priore, v. 10. dicit τὴν ἀγνοιαν (sive, ut ibi dicit, τῆς ἀγνοιας κόμης) ἐπισκιάζειν τῷ λογισμῷ. Achilles Tatius, loco a Bergl. cit. ad Alciph. p. 53, dixit, τὴν ὁργὴν περιστατοῦσαν τὴν καρδίαν ἐπικλύζειν τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ. — Signate dicit ταῖς σύντροφοις ἐπιθυμίαις. conf. quae notavit Cl. Abresch Dilucid. Thucyd. p. 211, 212. Bestias, quae cum hominibus aluntur et victitant, Herodot. L. II. C. 66. dixit, δύστροφα ἀνθρώποις θύρᾳ. Eximie σύντροφοι dicti sunt honestiores, qui pueris nobiliori loco natis a parentibus comites adiungebantur, et una cum iis instituebantur, qui a Spartanis peculiari nomine μέθανες seu μέθων dicebantur. vid. Schol. ad Arist. Plut. v. 279, ut et Kust. et Spanh., ad Equit. v. 631, 694, et Casaub. add. Interpretes ad Hesych. in utraque voce. Polybius in Excerpt. T. III. p. 139. Ced Ern.

Ern.) dixit παρατρόφους. vid. ibi magnus *H. Valerius* p. 192. Ad hunc vocis usum forte respexit *Clemens.*

4. ἐξέκαυσε δὲ τὴν ὑλην τῆς καίλιας τὴν ἔμφυτον τὴν ἐκτὸς ἀπορίᾳ convenit illud *Iacobi Ep. C.* 3: 5. Ιδού, διλγον πῦρ ὑλικὴν ὑλην ἀνάπτει. fomentum perturbationum apud *Porphyri de Abst.* 55. in fine dicitur ὑκέκκαυσα τὸν παθῶν. ubi nonnulla notavit *Cl. de Rhoer*, quibus plura ex *Plutarcho*, qui voce ὑπέκκυρα ita saepe utitur, ex *Iosepho*, *Philone Iud.*, aliisque addi possent: vide et sis *Hemst. ad Luciani T. I.* p. 317, 318. ubi etiam de voce ἐκκαυμα. ἐκκαίειν πόλεμον non semel dixit *Polybius*. ἐκκαίειν περὶ τὸν χρυσάτων πόθον legimus apud *Io. Chrysost. T. II.* p. 30. E. alio sensu succendi circa di-vitiarum desiderium: pro exurere adhibuit *Dion. Chrys.* p. 64. A. ubi πυρὶ ἐκκαῦσαι igne ex animo exurere. bene ibi interpres, sed in textu male legitur ἐγκαῦσαι, ut iam monuit *Davisius V. C. ad Cicer. de Nat. Deorum L. III. C. p. 299*, ubi plura. — τὴν ἔμφυτον insitam. Sic *Alciph. L. I. Epist. 31.* p. 128. dixit τὴν ἔμφυτον ἀμαθίαν. ubi *Bergl.* ex *Dinarcho* notavit τὴν ἔμφυτον πονηρίαν, apud quem et legitur ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια p. 104, 5. *Iamblichus* apud *Stobaeum* p. 471. de dialectica: πάντες ἄνθρωποι, inquit, χρῶνται τῷ δικλέγεσσαι, ἔμφυτον ἐκ νέων ἔχοντες τὴν δύναμιν. In *Sapientia Salom.* C. XII, 10. est ἔμφυτος κκλίσ. docte de usu huius vocis egit *G. Raphelius ad Iac. I: 21. 4.* ceterum, insitum eo sensu, quo naturale quid ex-

pri-

primitur, coninuum esse in *Cicerone*, monet *Cl. Iac. Gronov. ad M. Minucii Fel. Octav.* p. 144.

5. ἐπιτῆται. ita recte prima edit., ceterae male ἐπιτηναι. mox etiam praebet ἀπωσέν δὲ τὰ ἐπιζήμια, non καὶ ἐπιζ., ut in reliquis legitur.

6. τὰ τῆς φυκῆς ἀρρωσήματα καὶ πάθη. τὰ ante πάθη non legitur in 1ma edit. quocirca et expunxi. ἀρρωσημα est vocabulum Stoicorum, qui et in animo aequo ac in corpore dicebant esse νοσήματα et ἀρρωσήματα, quae ex perturbationibus existerent, cum inveterassent, penitusque insedissent, ut notat *Cl. Ernesti in Clav. Cicer. Ind. Graeco — Lat. v. ἀρρωσήματα. Lege autem in primis Diog. Laërt. in Zenone L. VII. p. 437. Ceterum, ut hic τὰ τῆς φυκῆς ἀρρωσήματα et πάθη iunxit Clemens, ita et Philo Iud. p. 714. C. τὰ τῆς φυκῆς πάθη καὶ ἀρρωσήματα. Noster etiam scripsit T. I. p. 89, 20. ἀπαλλαγῆναι παθῶν, ἡ δὴ φυκῆς νόσοι.*

§. 16.

1. ὁ τούτων πλοῦτος — σωτήριος. interponxi haec secundum primam editionem.

2. οὐ δεῖ καθαρεύουσαν — τὴν φυκὴν παρασχόνεν. — eadem locutio apud *Diodorum Sic. in Excerpt. T. II.* p. 555, 64 ubi tradit, *Pythagoram* praecepisse, ut sacrificaturi Deos adirent, μὴ μόνον τὸ σῶμα καθαρὸν παρεχόμενοι πάσις ἀδίκου πράξεως, ἀλλὰ καὶ τὴν φυκὴν ἀγνεύονταν. καθαρὸς ad *Corpus maxime* pertinet, ἀγνὸς et ἀγνεύειν ad *mentem*,

O

at.

atque ita distingui, hoc Diodori loco videmus; verum haec saepe, ut sit, commutantur, atque adeo καθαρὸς et καθαρεύειν ad mentem etiam refertur, ut hoc loco. mox etiam καθαρὸς τὴν καρδίαν, et §. 19. καθαρὸς τῇ καρδίᾳ sit et apud Dionem Casf. T. II. p. 788, 94. καθαρὸς καὶ ἀφούντις καὶ ἀνύποτος ψυχὴ: atque ita et alii; et saepius in libris Sacris. — εἰς δὲ ἀκάθαρτον ψυχὴν θεοῦ χάρις οὐ παρασύνεται. Sic prima editio: pro quo cur Combeſſius, quem ceteri de more sequuti, substituerit παρεισδύνεται, ignoro. tantumdem enim haec valent. Themistius Orat. XXII, p. 275. B εἰ γάρ σὲ λάθη παραδύσα αλαζόνεια, πάντα ἐκεῖνα ἔξειν τὰ δεσμὰ διαλύσει, μετέωρον ἄρασα. Si enim clam tibi arrogantia obrepserit, ea te sublimen attollens omnia illa vincula celeriter dissolvet.

3. οἰκίας. In edit. Felli et Itigii est οἰκεῖας, nec male; nam οἰκεῖα etiam domus dicitur; sed prima editio habet vulgatum οἰκίας, quamobrem hoc revocavi.

4. καὶ τῷτε διδόντι θεῷ λειτουργῶν — pro τῷτε legendum τῷτε γε —: saepe τε et γε confusa. tantilla hac mutatione omnem lacunae suspicionem in Luciani Prometh. p. 27. sustulit Hemsterh.. Non uno Nostri loco vitiose τε pro γε legitur. vid. p. 570, 6., ubi recte Graece peritisimus Sylburgius. in Trag. Ezechiele p. 414, 25. praestat etiam Eusebii Αὐτῆ γε. p. 422, 3 pro τῷτε γνῶσιν ἔλειν — legendum τῷτε γε —, atque ita in primis p. 425, 29. ubi Sylburgius male unum membrum deēsē suspicatus legit, ὅπας τε τὸν θεὸν, ὅπας τε γνωστὸν ἔχειν.

τοὺς legendum, ὅπως γε γνωστὸν ἔσαυτοὺς. tum illud de Deo sequitur: nam ita pergit; οὗτος δὲ τῶν ὅλων τὸν πατέρα ἐκκλύταν —. Sunt et in promptu nonnulla loca ex aliis scriptoribus hoc vel simili modo emendanda; sed manum abstineo. intactum tamen praetermittere non possum locum Philonis Iud. valde corruptum p. 44. E. (vet. edit.) ἀπράκτος γὰρ αὐτὸς ἐξ ἔσαυτοῦ ὁν, ὥσπερ — primo hic cum Manguio ex Ms. ante ὥσπερ inferendum μὴ. secundo pro γὰρ legatur γε. (non raro haec duo etiam confunduntur) tertio ex loco Platonis, quem hic expressit, in Theaet. p. 120. B. C. post ταῖς ἄλλαις addatur αἰσθήσει. Totus igitur locus sic legendus est: ὃδὲ νοῦς ἐργάσεται καὶ πραγματεύσεται τι περὶ ἀισθήσιν, ἀπράκτος γ' αὐτὸς ἐξ ἔσαυτοῦ* ὁν μὴ ὥσπερ ὕστος καὶ ἐπιφεκάζοντος δράσει μὲν χρώματα, Φωνὴς δὲ ἀκοή, γεύσει δὲ χυλούς, καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι τὰ οἰκεῖα τοῦ ἀιτου.

5. κρέπτων ὑπάρχων τῆς κτήσεως αὐτῶν. vertit Cartoph., rebus possessis animam sublimiorem habens. Ceteri, animoque quam pro illorum possessione praestantior. obscuriora haec; et minus perspectam habuisse videntur elegantiorum locutionem interpres. κρέπτων τῆς κτήσεως αὐτῶν est superior, vel maior possessione illorum, vel illis possessis, sic ut haec ipsi pareant, et se quasi submittant. Sic elegantiioribus scriptoribus hoc κρέπτων de rebus et personis frequenter adhibetur, ut egregie docuit Valck. in Euripiā. Hippol. p. 294, 295. Oppositum ἡττῶν. Sic κέρδους ἡττονες apud Comicum in

Pluto v. 363. vid. et Cl. P. Burmannus ad Val. Fl. Argon. L. VII. v. 349. Hoc voluisse Clemens, consequentia abunde testantur.

6. μηδὲ ἐν τῇ ψυχῇ ταῦτα περιφέρων. quos quis in sinu gestat, hos ἐν τῇ ψυχῇ dicitur περιφέρειν; atque ita etiam de iis, quae animo cara sunt. vid. Liban. Epist. 193, ubi notavit Doctiss. Io. Chr. Wolfius. Emendandus hic obiter Athenaeus p. 451. A. ubi, Sappho griphum dissolutura, quum dixisset, foemineam naturam esse epistolam, ita pergit: Βρέφη δὲ ἐν ἀντῇ περιφέρει τὰ γράμματα, ἀφανίσσοντα ταῦτα τοῖς πόδρω λαλεῖ. ita ex MS^o legendum:

7. δυνάμενος ἵλεω τῇ γνάψῃ καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῶν ἐνεγκείν —. ita in 1^{ma} ed., addito articulo, τὴν ἀπαλλαγὴν, ut mox καὶ τὴν περιουσιαν. recte et Combefis. In mente hic habuit Clemens illud Apostoli in ep. ad. Hebr. C. X: 34. ἕλεως γνάψις est animus serenus, hilaris. sic apud Acl. V. II. X. V. 6. ἕλεως διάνοια, et de Socrate L. IX. C. 7. ἦν ἕλεως ἀεὶ τὴν διάνοιαν, καὶ λύπης ὑπεράνω πάσσων, si vis, lege adscripta ad Clementis nostri T. I. p. 180, 9.

8. παλαιόμενος ita recte prima edit., sic et Combefis.: ceteri male παλαιόμενος.

9. οὐρανοῦ βασιλείας. §. seq. legimus βασιλεῖαν οὐρανῶν, et §. 42. non procul a fine τὴν βασιλεῖαν τῶν οὐρανῶν, atque ita dici solet; quod ex Sacris Litteris omnes norunt. βασιλεία οὐρανοῦ nusquam obvium: et tamen ita hic legimus. Verum sine du-

bio pro οὐρανοῦ legendum οὐρανοῦ. *Apostolus* 2 Tim. IV. 18. βύστεται με δέ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον. Forte in his, κληρονόμος ἔτοιμος οὐρ. β. resp. xit ad loca Inc. II: 5. Matth. XXIV: 44. et XXV: 10. §. 42., quamquam paulo diversa ratione est ἔτοιμος λήσαρχος ἦν prompto animo dux latronum erat. — Quod sequitur ζῆται intelligo de vita aeterna: lege sequentia. sic §. 2. ὡς οὐ βιωσθενοί, et ζῶν §. 10, et 12. refertur ad illud Divitis τι ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ζῶντι αἰώνιον κληρονομήσω; Conf. et Noster in eadem re p. 274. 22.

§. 17.

1. ὁ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ τὸν πλοῦτον Φέρων, καὶ ἀντὶ θεοῦ πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ χρυσὸν Φέρων ἢ ἄγρὸν — Usus est hoc loco Wetsten. ad illud vulg. interpretis et portate καὶ ἀρχε, i Cor. VI. 20. Quod hic φέρων, paulo ante dixit, ut vidimus, περιφέρων. Qui Dominum ex animo amant, veri eius Sectatores, in Ignatii martyrio §. 2. dicuntur οἱ αὐτὸν ἐν καρδίᾳ Φοροῦντες. Φέρων obscuritatis evitandae causa hic a Clemente videtur repetitum: atque ita, et non raro, optimi Scriptores. vid. Cl. d'Orvil. in Charit. p. 306, 307.

2. ἐκάστοτε τὸ πλεῖον βλέπων, κάτω νενευκὼς, καὶ τοῖς τοῦ κόσμου οὐράτροις πεπεδημένος. Egregia haec. Quid proprie sit, τὸ πλεῖον βλέπειν, et κάτω νενευκόντα, quisque intelligit. Sed utraque haec ad

mentem et animi sensus transferuntur. — τὸ πλεῖον βλέπειν, est plura affectare, cupere, sectari. ita βλέπειν et ὄρφαν saepe adhibentur. Sic in illo Luciani in *Hermotimo* a pluribus iam laudato, c. 22. οὐ γὰρ οὔτε χρυσὸν ἔτι, οὔτε ἡδονὰς, οὔτε δόξας ὄρφων. plura dabit Cl. *Iensius* in *Luciani* dial. mort. XI^{um} in illud, ἐς δὲ τὸ χρυσὸν πάντες ἐβλεπον, Opp. T. I. p. 378, 379. sic et videre, spectare apud Latinos. vid. viri Eximii, I. F. Gronovius, et *Drakenborchius* ad *Livium* L. II. c. 12. §. 12. Ad rem quod atinet, vere *Hippodamus* Pythagoreus apud *Stobaeum* p. 250. 29. ἦμα τῷ τὰ περιστὰ κτᾶσθαι, καὶ τὰ περιστὰ μαζεύονται ita enim legendum: μαζεύειν quaerere, studere, sectari. hoc sensu ματεύειν est apud *Aeschyl.* in *Agam* v. 1103., et apud *Sophoclem*, non uno loco. praeclare, ut solet, et pluribus, hoc docuit. *Basil.* M. T. II. p. 56, 57. — Apposite ad κάτω νενεκέναι Philo. *Iud.* Opp. T. I. p. 484. init. πρὸς γῆν ἀπονενεκατι, τὰ γῆνα μετιόντες, καὶ τοῖς ἐν ὅλῃ συντρέψονται. *Hierocles* in A. C. p. 190 prope finem ita: οἱ πλεῖστοι κακοὶ, καὶ τῆς θυητῆς προσπαθείας θήτοις, καὶ Φρενοβλαβεῖς. ὑπὸ τῆς εἰς γῆν νεύσεως γενόμενοι. atque ita et mox τῇ πρὸς γῆν νεύσει. vid. in primis p. 208, quem locum etiam laudatum video ab *Hemsterh.* ad *Luc. Somn.* p. 19. ubi plura. Utramque verborum vim propriam et translatam in oculis habuit Clemens, qui et optime addidit τοῖς τοῦ κόσμου θηράτροις πεπεδημένος. Commentarii velut vice sunt haec *Lactantii* de divino praemio L.

VII. C. 1. — *Divites*, qui sunt impedimentis plurimis implicati, imo catenati et compediti, serviunt ad nutum dominae cupiditatis, quae illos inextricabilibus vinculis irretivit: nec possunt in coelum aspirare, quoniam mens eorum in terram prona humique defixa est. Opportune hunc locum etiam laudavit *Elmenhorst.* ad illud. *Minucii Fel.* p. 145. *divites facultatibus suis illigatos.*

3. ἣν δὲ καὶ εἰς γῆν ἀπελευθερωθεντος. Non invenust te illud *Adamo* dictum Gen. III. 19. huc admetvet. coll. Ps. CIII: 14. Homines e terra orti graecis non raro dicti χαμαὶ ἐρχομενοι, humili repentes. vid. *Davis.* ad *Max. Tyr.* p. 522. ubi plura. add. *Io. Chrys.* T. I. p. 463. E. ubi Angelis homines opponens, hos vocat τοὺς χαμαὶ ἐρχομένους, egregie monens, perulantiam esse dicere, τὸν ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἀκατάληπτον, δυνατὸν ἀνταῖς τοῖς χαμαὶ ἐρχομένοις καὶ τοσούτον ἐκείνων ἀφεινόσι, τῇ τῶν σινετων λογισμῷ ἀσθενεῖς περιγράψαι καὶ περιλαβεῖν, ειτ, (Deum nempe) qui supernis virtutibus sit incomprehensibilis, homines terrae vermiculos, qui tantum ab illis distant, infirma cogitationum suarum facultate posse circumscribere et comprehendere. Male ibi ἐρχομένους mutatum eunt in ἐρπομένους. *Stobaeus* p. 323. in fine, Homines χρῆμα πολλὴ τῇ γῇ βαρυθόμενον, ὡς ἀπὸ τᾶς μητρὸς αὐτὸς μάγις ἐπάρθαι, ἃν μὴ θεομορή τις ἐμπνοίσις ἐλέω ζώφ συνέψειν αὐτῷ τῷ κρείσσονι μέρει —. ubi pro ἐλέῳ malim ἐλειφ, coll. *Diod. Sic.* L. I. p. 52.

4. ἄνθρωπος οὐ παρδίτην, ἀλλὰ ἀγρὸν ἢ μέταλλον

Φορᾶν, ἐν τούτοις εὑρεθησόμενος —. S. Clemens ita scripsit, οὐ καρδίαν, ἀλλὰ ἀγρὸν ἢ μέταλλον Φορᾶν, mens eius haec erit, hominem, de quo agit, animal non habere (καρδίαν οὐκ ἔχει, licet paulum diverso sensu, ex Plutarcho laudat Stephanus in Thes. v. καρδία) sed agrum, aut metallum gerere, atque adeo esse meram carnem, merum corpus. Verum, per ea, quae consequuntur, ὅπου γὰρ δύνῃς, (in locis Matthaei C. VI. 21. et Luc. XII. 34, est ἡ καρδία) ἀνθρώπου, ἐκεῖ δὲ θηταυρὸς αὐτοῦ, probabile mihi fit, scripsisse Nostrum οὐ καρδίαν ἐν τούτοις, ἀλλὰ ἀγρὸν ἢ μέταλλον Φορᾶν, εὑρεθ. — atque in hac etiam sede ἐν τούτοις aptius haeret, quam in altera. Ceterum in proximis in prima ed. non legitur δῆγε, sed δέ γε, quod adeo revocavi: interpungitur etiam τὸν μὲν ἀγαθὸν et τὸν δὲ πονηρὸν.

5. καθὸ καὶ παρ' ἡμῖν δὲ αἰφνίδιον —. in margine primae edit. notatur, F. legendum καθὸ ἀγαθὸ μὲν δὲ — atque ita etiam vertit. Caryoph. quandoquidem bonus quidem est, quo invento repente magnum fit lucrum. — mentem Clementis hic perspectam non habuit vir Egregius. haec καθὸ usque ad σύντα καὶ — tanquam per parenthesin hic inserita sunt, veluti et apud nos (non in nobis, ut ceteri habent) duplex est thesaurus, qui inventus repente magnum praebet lucrum, sed et aliis —. Conf. hīc Combeffisius.

6. μακάριοι οἱ πτωχοὶ — καὶ πάλιν μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ. τοῦ

θεοῦ in loco Matthaei C. v. 6. non legitur, alibi haud semel additum. Laudat utriusque L. IV. Strom. p. 575, 7; 11, 14, 15. sed diversa ratione. bis habet in loco posteriore διὰ δικαιοσύνην, semel δικαιοσύνη sine διὰ, ut etiam hoc loco. quod ad prius, scribit, μακάριοι δὲ καὶ οἱ πτωχοὶ, ἔτε πνεύματι, ἔτε περιουσίᾳ. διὰ δικαιοσύνην δηλονότι. μήτι οὖν οὐχ ἀπλῶς τοὺς πέντε, ἀλλὰ τοὺς ἑβελήσαντας διὰ δικαιοσύνην πτωχοὺς γενέσθαι, τούτους μακάριζει. haec primum legens mutabam ἔτε πνεύματι in τῷ πν.; sed recte se habet vulgatum: dixerat enim in princ., huius pag., sanctum servatorem τὴν πνείαν καὶ τὸν πλοῦτον τάξαι καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν. Ceterum, cum iis, quae hic habet Noster de duplice et diverso plane divitiarum et paupertatis genere, conferenda quae leguntur §. 19., ubi haec pluribus exponit.

§. 18.

I. μακηματικῶς. Scribit Combeffisius ad hanc vocem: „, vix adduci possum, ut hanc vocem decouam hoc sensu, et non putem potius scriptum Clementi πνευματικῶς vel μυσικῶς, sive quidvis aliud Ecclesiastico ufu sequentibus apte opponi possit. Aptissimum τὸ μεμελημένως, cura, diligentia, sedulo, accurate; quod Plato in Protag.: nec forte aliter scriptum Clementi, festinans scriba vel notarum iudis vocem illam imperite mutavit” Optime improbat μακηματικῶς, quod per est incommodum:

μεμελημένως autem in primis opportunum. Ferri etiam possunt πνευματικῶς, μυσικῶς, quae et mihi in mentem venerunt, magis quam, quod tandem in fine notae addit, μεμαθηκότως. *Fellus* etiam coniecit πνευματικῶς, aut μεμελημένως. Cogitabam ego quoque πεπαιδευμένως, et aliquando μουσικῶς, quo usus Noster T. I. p. 138, 15. μεθχριοῦσμένου μουσικῶς τοῦ Λόγου. *Verbo perite se iis applicante.* Sed nihil reperio, quod placeat. conferatur autem T. I. p. 107, 22. ubi οὐδὲ ἀν ξῆπτα — ἀμαθῶς ἐκδεκτέον. —

2. τοὺς δυσκόλως εἰσελευσομένους τὴν βασιλείαν μη σκιῶς μηδὲ ἀγροτικῶς, μηδὲ σαρκίνως. Ita pro ἀγροτικῶς et σαρκίνως, quod in ceteris est, legitur in prima edit. *Σαρκίνως* habemus etiam §. 5, ubi et σαρκίνως ἀκροσθαι τὰν λεγούμενων. sed §. 22. τὴν σαρκίνην οἰκειότητα, atque ita saepius. Non raro haec in vicem permutantur: *i Cor.* III. 1. et *Matth.* VII. 16, variant Codd., ac σαρκίνοις et σαρκίνῃς praeferit Griesbachius v. c. Ceterum τοὺς ante δυσκόλως expungendum puto, et uno tenore legendum: ὡς τοὺς πλουσίους μ. ἀκουστέους δυσκόλως εἰσελευσομένους ε. τ. β., *divites difficulter in coeleste regnum esse ingensuros.* vid. ipsa loca, *Matth.* XIX. 23. *Marc.* X. 23. *Luc.* XVIII. 24. Pro οὐτω λέλεκται, quod est in ceteris, prima edit. habet οὐτως λ.

3. ἀλλ' ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀρετῆ —. Cum his et seqq. conferantur egregia Nostri loca T. I. p. 274, 32. πολλοῦ δὲ ἄξια, οὐ λίθος, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἔσθις, οὐ

οὐ κάλλος σώματος, ἀλλ' ί ἀρετή — p. 275, 20. πλούτος ἀληθινὸς ί δικαιοσύνη: καὶ οἱ παντὸς θηταῖροι πολιτικάτεροι Λόγος —. vide et p. 573, 17. et seqq.

4. οὐδὲ τῶν μελῶν οὐδὲν ἀπολλύει in 1^{ma} edit. legitur — οὐδὲ ἀπολλύει. sed operarum errori hoc tribuendum videretur. *Caryoph.* certe vertit: *nec ullum e membris perniciem dat.* atque hinc οὐδὲν, quod *Combeffisio* debemus, retinui. Suspicio tamen mihi oborta est, veram *Clementis* manum esse μελῶν οὐδένεικα ἀπ. recte hoc ponitur contra *ἰσχὺν*, καὶ σώματος μέγεθος. Rarior est vox οὐδένεια. *Hesych.* διδενεῖας, ἐπετελεῖας. *Suidas* οὐδένεια, ί ἀπανθρωπία: atque ita etiam v. οὐδένεις. Pro ἀπανθρωπίᾳ, quod certe vitiosum, legebam olim ἀνανθρωπία, quam analogia linguae non respuit: sed accedere malim *Toupio*, Emend. in *Suid.* P. I. p. 180. pro ἀπανθρωπίᾳ legendum monenti ἀνανθρωπίᾳ. iungitur οὐδένεια et ἀνανθρωπίᾳ a *Iamblichō*, loco ab ipso cit., in Protrept. C. 14. p. 90. sed quae ibi legis, sunt *Platonis* in *Theaet.* p. 128. F. 9. Ex hoc fonte etiam ducta, quae habet *Philo Iud.* p. 462. C. (vet. ed.) ex *Platone* emendanda ita, ut pro. ί θεοῖς οὐ οὐ γένηται legas, ί θεοῖς οὐ ημῶν αὖ γένηται θεοῖς δικαιοτάτος. tum sequitur apud Principem philosophum: περὶ τούτου καὶ ί θεοῖς δεινότης ἀνδρὸς, καὶ ί οὐδένεια τε καὶ ἀνανθρωπίᾳ: pro his *Philo*, περὶ τούτου (sic forte pro περὶ τούτου in suo *Platone* legerat.) φώμη τε καὶ ί θεοῖς ἀληθινῆς δεινότης ἀνδρὸς, καὶ οὐδένεια τε καὶ ἀνανθρωπίᾳ. Sic igitur opposuit φώμην (quod

(quod addidit) et οὐδένειαν. Recurrit vox apud eundem Philonem p. 1052, C. ubi dixit τὴν τοῦ θυγού γένους οὐδένειαν generis humani inanitatem, vel nullitatem, ut ita dicam. Convenit illud Iamblichii de Myst. Sect. III. C. 18. p. 84, 11. τὸ ἀνθρώπινον Φύλον ἀσθενές ἔστι καὶ συμπρὸν — συμφυτόντες οὐδὲν κέκτηται, pro οὐδὲν Eruditiss. Galeus recte legit οὐδένειαν vel τὸ οὐδὲν: cognatam habet nullitatem, annihilationem, sive τὸ nihil esse, post mortem τὴν μετὰ θάνατον οὐδένειαν dixit Hierocles A. C. p. 124, 4. Eleganter Themistius apud Stobaeum p. 141, 23, postquam dixerat, Socratem, quum illudere vellet superciliosum sophistam, minorata de se dixisse, quam revera essent, ita pergit μᾶλλον γάρ τι, αἰσθάνονται τῆς ἑαυτῶν οὐδένειας, ὅτῳ ἀμαθέστεροι ἐξελέγχωνται τοῦ μηδὲν εἰδέναι προσποντένου. Suam enim vanitatem et velut nullitatem magis sentiunt, cum indoctiores deprehenduntur illo, qui se nihil scire simulat. Denique, rerum humanaarum incertitudinem et vanitatem Plutarch. T. II. p. 112. C. dixit τῶν ἀνθρώπεων τὴν ἀδηλότητα καὶ οὐδένειαν. Hoc loco τῶν μελῶν οὐδένεια sit mēmbrorum imbecillitas et debilitas. Iudicet lector de hac coniectura. Pro ἐφ' ἐκάτερα ex prima editione dedi ἐφ' ἐκάτερα.

5. νῆθαν καὶ πτωχεύων ἡδονῶν, πεπεισμένος — Noster T. I. p. 191, 26. πλούτος δὲ ἄριστος, οὐ τῷ ἐπιθυμιῶν πενίᾳ καὶ οὐ μεγαλοφροσύῃ οὐ ἀληθῇ, οὐ τὸ ἐπὶ πλούτῳ μεγαλοφρονεῖν. τούτου δὲ καταφρονεῖν. Non aliter Hierocl. A. C. p. 122. prope finem dixit

dixit πένεσθαι τὴν ψυχὴν τῶν ἐπιβαλλόντων αὐτῇ οὐκ λῶν. — πεπεισμένος a Cargoph. vertitur bene edoc-
tus, a ceteris obsequendi animo sedulus. Ante le-
gebam πεπαιδευμένος, sed iam nihil muto. πεπεισμέ-
νος videtur hic esse vera fide praeditus. Apud Iusti-
num Mart., qui p. 231, 29. (ed. Thirlb.) iungit
πεπισκέψαντας καὶ πείθεοντας τῷ χριστῷ, p. 95, 29,
ὅ πεπεισμένος est homo, qui credit, qui fidem
profesus est, fidelis, ut dicitur.

6. περὶ ταύτην ἀρετὴν μὲν Φυσικήν, in animo hic Clementi fuisse dixeris agitatam in Scholis Philoso-
phorum quaestione περὶ ἀρετῆς, εἰ διδακτόν [de
qua nonnulla notavit Valckenar in Eurip. Hippol.
p. 174., atque hic eum discessionem fecisse a
Stoicis, quos, ut iam vidimus, non raro sequitur.
Hic enim, ut in Zenone tradit Diog. Laert. L. VII.
segm. 91, statuebant ὅτι διδακτὸν οὐ ἀρετὴν, quod
et libello scripto docuit Plutarchus. Locutio ἀρε-
τὴ περὶ τὴν ψυχὴν Φυσικὴν minus usu trita. Aribo-
phan. in Nub. v. 151. — ψυχεῖση περιέψυσαν περι-
κλι. refrigerato (pulici) adnatae sunt crepidae
Persicae, quae plerumque erant mulierum. paulo
aliter Noster p. 499, 5. ὁ περὶ ἀνθράκους γίνεται
τὸς μεταποιημένους ἀρετῆς τε καὶ τῆς ἀληθοῦς φιλο-
σοφίας, quod est in hominibus cet. conf. et p.
41, 25.

7. ὃν τὸν ὑπὸ πλούτου διαφεύγει, σώζεται, καὶ πλούτουσα τούτων, ὃν ἐπιτρίβει πλούτος, θυντεῖται
οὐ habet prima editio et Combef., pro quo in ce-
teris male ὡς. pro ὑπὸ πλούτου in 1ma ed. legitur
ὑπὸ

ὑπὸ τούτου, pro quo *Caryoph.* coniecit ὑπόνταν, qui et διαφθείρει in διαφθαρεῖν μutat. sed recte *Combes.* pro τούτου emendavit πλούτου, quod et affirmant sequentia. at minus recte τὸ διαφθείρειν ὑπὸ πλούτου exposuit labefactare a divitiis, id est per eas et illarum absentia, his carere. Unde et reddidit, quae quis divitiis labefactas; quomodo et ceteri. Non male autem *Caryoph.* διαφθαρεῖν pro διαφθείρει. Simplicissimum tamen esse videatur, pro διαφθείρει legere διαφθείρηται. οὐτι — πτωχεύσας, inquit, ὃν ἐν τὶς ὑπὸ πλούτου διαφθείρηται, σώζεται, i. e. carentem iis rebus, quarum quis copia perderetur, salvam evadere. Contrarium est, καὶ πλούτοις —. ἐπιτρίβειν hic ad τὸ διαφθείρειν respondet. ἐπιτρίβειν atterere, perdere. *Strab.* p. 392. C. BEFTTIUS δὲ ἐπέτριψαν Ἀννίβας τε καὶ Ῥωμαῖος, *Alciphron* L. III. Ep. 10. Ἐπιτρίβεις καὶ κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο —. Ep. 17. Ἐπιτρίβεις ὁ Λήριον κακὴ κακῶς. *Arioph.* Plut. v. 1120. Ἔγὼ δὲ πόλωλαχ καπιτέριμμα. ad quem l. vid. Ill. *Spanheimius.* a corpore ad animum translatum ἐπιτρίβεσθαι, est prorsus corrupti, fierique hominem perditum: unde et ἐπιτρίπται homines perditi, scelerati, ut monuit *Caſaub.* in *Athen.* p. 211, 35. Corruptum hoc verbum, ut obiter id notem, in *Iosephi Ant.* L. XIV. C. 9. p. 701. ubi iam legimus κόμην τε ἐπιτρέψας καὶ ἐσθῆτα μέλαπαν ἐδεδυμένος. legendum καὶ ἐπιτρίψας capillis scisſis. — πλούτος hic etiam est copia. Locum hunc interpretes non intellexerunt. Ceterum in proximis prima edit. et *Combes.* non
ha.

habent τὴν ante ὑπακοὴν, quamobrem et hoc expunxi.

§. 19.

1. ὁ μὲν ἄρα ἀληθὸς καὶ καλῶς ἔστι — hic omis-
sum πλούσιος post ἀληθῶς καὶ καλῶς, at quod fa-
cile subaudiri potest, cum et statim sequatur ὁ δὲ
νόθιος πλούσιος. mox pro ὁ κατὰ σάρκα πλούσιος in
prima edit. legitur ὁ κ. σ. πλούτον, quod hinc
restitui.

2 καὶ ἄλλοτε ἄλλου γνωμένην καὶ ἐν τῷ τέλει μηδενὸς
μηδαιμῷ. De locutione ἡ ἔξω κτῆσις vid. adscripta
ad §. 12, num. 5. Ad haec ἄλλοτε ἄλλου γνωμέ-
νη — apta quadam notata sunt ad *Luciani Ni-
grinum* p. 66. In Anthol. *Cephalae* p. 87. (ed.
Wart.) hoc *Leontis philosophi* legimus: Οὐκ ἔθε-
λω πλούτον, τυφλὸν φίλον, ἄλλοπρόταλλον. *Plinius*
L. I. Ep. 3. *Caninio* suo §. 3. *Effinge aliquid et
exclude, quod sit perpetuo tuum.* Nam reliqua
rerum tuarum post te aliud atque aliud dominum
sortientur. *Antiochus* in *Cotel.* PP. Ap. T. I. p.
103. Καλὸν οὖν ἐστὶν ἀντὶ τῶν κτημάτων (sic leg. pro
κτημάτων) καὶ χρημάτων, τῶν σήμερον μὲν ἥμετέ-
ρων, ἥμερον δὲ ἀλλοτρίων, ἀνήσπαθων. — *Noster* p.
605, 30 exponens, quomodo τὰ τοῦ πόσιου di-
cantur ἀλλοτρικά, monet κτῆσις esse ἀλλοτριαὶ τὰν
κατὰ διαδοχὴν. mox in 1ma edit. legitur sine καὶ,
quod et hinc delevi, πάλιν αὖ κατὰ τὸν αὐτὸν
τρόπον.

2. ὁ μὲν κατὰ πνεῦμα πτωχὸς, τὸ ἴδιον, ὁ δὲ κατὰ κόσμον, τὸ ἀλλότριον^{conf.} quae notata ad §. 12. add. hoc ex Clementis adumbrat. in Iobum. οὐδὲν ὡν ἐσχήκαμεν, ἔχομεν ἴδιον, ἐνδεκτήματος μόνον, τῆς εὔσεβείας, ἐπεὶ μὲν ἴδιοτύπορες. ταύτην ἡμᾶς θάνατος ἐπελθὼν οὐ συλήσει τῶν ἄλλων δὲ ἀπάντων ἐμβαλεῖ καὶ μὴ θέλοντας. cui et hoc accedit ex T. I. p. 80. init. πέφυκε γὰρ ὁ ἀνθρώπος οἰκεῖος ἔχειν πρὸς θεὸν dein paucis interiectis; τὸν ἀνθρώπου ἐπὶ τὴν οὐρανοῦ γενόμενον θεόν, Φυτὸν οὐρανίου ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τὴν γηνῶσιν παρακαλοῦμεν τοῦ θεοῦ, τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ καὶ ἔξαρτον καὶ ἴδιοματικὸν παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα κατειλημμένοι, αὐταρκεῖς ἐφόδιοι αἰώνων, θεοτέρειαν παραπεντάζεσθαι ουκιβούλευοντες. Nimurum, si primam coelestemque hominis originem spectes, virtus et pietas est proprium eius bonum, cetera, atque inter haec etiam vitia, aliena.

4. τῷ δὴ κατὰ κόσμον πτωχῷ — ὁ κατὰ πνεῦμα ὡν πτωχὸς. Recete vidit Combeffis, in verbis ὁ κατὰ πνεῦμα οὐ πτωχὸς vitium haerere, sed male existimavit, bene servatam hic esse negantem particulam, et si luxatam, eius loco posito articulo δ, atque adeo legendum οὐ κατὰ πνεῦμα πτωχόν, quam correctionem etiam pro tam certa habuit, ut in textum induceret: in quo tamen ceteri ipsum sequuti non sunt. Ex adverso, particula negans malum pedem omnino intulit, huic loco profus non conveniens. Contra se posita hic sunt ὁ κατὰ κόσμον πτωχὸς, et ὁ κατὰ πνεῦμα πτωχὸς, et κατὰ πνεῦμα πτωχὸς, quemadmodum, ὁ πλούσιος

κατὰ τὰ πάθη, et ὁ κατὰ θεὸν πλούσιος. plura sunt alibi etiam loca, ubi additum negans sententiam turbat. ita v. c. apud Lysiam p. 297. sub finem legimus οὐκ ἀν δικαίως χαρίζοντες αὐτοῖς. ratio contrarium postulat, ut monuit iam Marklandus. expungendum οὐκ, legendum δικαίως ἀν χαρ. d. Suidas vocem ἀπαυτοματισθεῖσα exponit οὐκ ἀφ' ἐκπνῆς τελειωθεῖσαι. deleatur illud οὐκ. Philo Iud. p. 815. E. scribit et vere, οὐδὲν τῶν τεχνικῶν ἔργων ἀπαυτοματίζεται. Contra, omisita particula negans §. 39, in re gravi, mentem auctoris plane pervertit; ubi plura dabimus. Caeterum in proxime seqq. in prima editio-ne, sine φωτι legitur ἀπόσηνι τῶν ὑπαρχόντων. adscriptum illic in margine,, F. legendum ἀπόσηνι, Φησὶ, „, τῶν —” vertit et Carioph. recede, ait, ab iis cet. hinc in ceteras editiones receptum; nec sede sua movi: quod forte tamen non iniuria factum esset; delectantur enim utriusque linguae scriptores ellipsi verbi λέγειν, et dicere, aliisque eiusdem generis, maxime in participio. vid. quae Magni viri notarunt, Wessel. ad Diod. Sic. T. I. p. 726, 74, et quos ibi laudat, Valck. ad Eurip. Phoen. v. 1469, 1470, ac Burmann. ad Val. Fl. Argon. L. I. v. 278.

4. ἀπόσηνι, Φησὶ, τῶν ὑπαρχούντων ἐν τῇ φυκῇ τοι κτημάτων ἀλλοτρίων, ίνα —. Rem ipsam si species, exponit hic et in seqq. Clemens verba Domini, qui hic ὁ κατὰ πνεῦμα πτωχὸς esse videtur, ad adolescentem: πώλητον δσα ἔχεις —. At contendit hic, quae scribit Noster L. IV. Strom. p. 576, 14 —,

plane diversa ibi leges, et videbis, eum hic, ut nonnunquam etiam alias, sibi non constare de usu vocis ἀλλότριος dictum ad §. 12. legimus etiam §. 37. τὰ τοῦ κόσμου, τὰ πτωχὰ καὶ ἀλλότρια καὶ παράβολα. — In his, ἵνα καθερὸς τῇ καρδίᾳ γε νόμενος ἤδη τὸν θεὸν, spectat Matth. V. 8. Non plane dissimiliter gentiles existimabant, initios maxime quidem, sed et omnes iustos integraeque vitae homines, post mortem in perpetua luce vitam beatissime esse transacturos. Huc et referendus mihi videtur locus Pindari a Clemente laudatus, T. I. p. 518, 15., ubi de mysteriis Eleusiniis loquens dicit: ἐλθιος δοσις ἱδὼν ἐκεῖνης κοινὴ εἰς ὑπὸ Χθόνας οἶδεν μὲν βίου τελευτὰν, οἶδεν δὲ Διὸς δοτὸν ἀρχὴν. haec certe sunt vitiosa. recte Heins. et Sykburgius pro eis legit εἰσ', et hic etiam una voce διόδοτον pro Διὸς δοτὸν: minus autem recte κοινὴ vel κοιλαν, pro κοινᾷ. Scriptit, nisi fallor, Pin-
darus κοιλαν. Sic κοινὴ γῆ apud Xenoph. et Philost. vid. Magni Hemist. nota ad Hesych. v. Ἐπίστασθαι. porro, quamvis διόδοτον ἀρχὴν non proflus improbem, coniicio tamen, veram scripturam esse διόδοτον ἀγύλαν. ita egregie, Pyth. VIII, 136 —. Σκιᾶς ὅναρ ἄνθρωποι. ἀλλ' ὅταν ἀγύλα Διόδοτος ἔλθῃ, Δαμπρὸν ἐπειτι Φέγγος ἀνδρῶν Καὶ μετίχος ἀλλαν. διόδοτος ἀγύλη *splendor a Iove datus*, i. e. felicitas. Sententia igitur loci citati haec est: *Beatus, qui illis (mysteriis) visis terram omnibus communem subit, communi fato defungitur; sic quidem novit vitae finem, sed et novit splendorem a Iove datum.*

i. e. beata felicitate fruitur. Conferendus cum his est insignis locus Aristoph. in Ran. v. 457. — Μόνοις γάρ ήμιν Ἡλιος καὶ Φέγγος ιλαρόν ἔσιν. "Οσοι μεμηνεῖσθαι εὐσεβῆ τε διήγομεν Τρόπου, περὶ τας ξένους καὶ τοὺς ιδιάτας. ubi plura notavit Ill. Spanhemius.

5. Χρήματα ἔντι κτημάτων λέγεται ἀντίδοσιν πλούτου πρὸς πλοῦτον ποιησάμενος, ἐξηργυρίσας τὴν Φανερὰν οὐσίαν; male in ceteris editionibus, omisso πλοῦτου, iuncto πρὸς et ποιησάμενος legitur προσποτάμενος. recte 1^{ma} edit. ἀντίδοσιν πλοῦτου πρὸς πλοῦτον ποιητική. Videmus hic discrimen inter κτήματα et χρήματα. κτήματα sunt *agri, aedes, conf. Valcken.* ad Herod. L. V. c. 23. bona immobilia et quae moveri possunt. S. Lucas Act. Ap. II: 45. dixit τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρχεις. recte vetus interpres κτήματα ibi vertit *possessions*; vid. Festus. — in illis, ἀντίδοσιν πλοῦτου πρὸς πλοῦτον ποιησάμνος respicere videtur ad bonorum permutationem in iure Attico notam, de quo vid. Kust. ad Said. et Taylor ad Lysiam in argum. orat. quartae p. 89: sed, qua ratione permutationem (ἀντίδοσιν) hic intelligi velit, docet, addens ἐξαιγυρήσας τὴν Φανερὰν οὐσίαν. οὐσία notat universas facultates; harum alias Attici dicebant Φανερὰν οὐσίαν, alias οὐσίαν ἀΦανῆ οὐσία Φανερὰ erant latifundia, aedes, et huius generis cetra; mancipia, vase, vestimenta, argentum erant οὐσία ἀΦανῆς. vid. H. Vales. in notas Mauſ. p. 103. Tayl. in Lys. p. 347., et comm. de incepto debito. — p. 14. in not. ἐξηργοῦν, quo usi Herodotus et

et *Thucydides*, et ἐξαργυρίζειν, quod ceteris frequentatum, est bona divendita in pecuniam redigere, ex iis pecuniam colligere. Ut hic, ita plane *Demosth.* in orat. de pace p. 22. B. (ed. 1607), ἦν ἐνδέδει ἐπέκτυπο οὐσίαν Φαινεῖν, ταῦτην ἐξαργυρώσας —. Sic et hoc ἐξαργυρίζειν apud *Isaeum* p. 55. plura si desideres, adi *Wessel.* et *Valcken.* ad *Herodot.* p. 477, 478, et quos ibi laudatos videbis.

6. ἀντικαταλλάσσεμενος αὐτῶν τὰ σώσαι δυνάμενα. In proxime antegressis ante σωτηρία princeps editio non habet καὶ : quocirca et expunxi: ut μισθὸς καὶ τιμὴ διηνεκής, sic σωτηρία καὶ αἰώνιος ἀφθαρτοῦ. — Verbo ἀντικαταλλάσσεσθαι parili ratione usus *Noster* T. L. p. 136, 11, ubi de muliere quaē immoderato ornatus studio ducitur, dicit, ἀποπέπτωνεν καὶ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ γάμου τοῦ σώφρονος, τὸν κόσμον ἀντικαταλλητομένη τάνδρος. et p. 576, 31. διὰ τῆς τῶν Φθαρτῶν δύσεως ἀντικαταλλάσσεσθαι τὰ τῆς ἀφθαρτοῦ. Alia notavit *Wessel.* ad *Diod.* Sic. L. I. C. 2., et *Toup* *Emend.* in *Suid.* P. II. p. 45. — Mox in proximis, σάρκιοι ut supra; quod et hinc recepi pro σαρκιοῖ. Ut autem hic πνευματικὸς πλοῦτος, sic *Hieronymus* ad *Eusebch.* *posseſſo* *spiritualis*.

§. 20.

1. ἔχειν τε χρήματα καὶ μὴ ἔχειν, καὶ χρῆσθαι τῷ κόσμῳ καὶ μὴ χρῆσθαι. Ex prima edit. hic legis ἔχειν τε χρ. pro ἔχ. τὰ χρήματα, quod est in ceteris. In postremis illis χρῆσθαι τῷ κόσμῳ καὶ μὴ

χρῆ.

χρῆσθαι, palam est *Clementem* respexit se ad illud Apostoli 1 Cor. VII: 31. οἱ χρώμένοι τῷ κόσμῳ τούτῳ ἀστηταχρώμενοι. Discimus hinc, quomodo verba haec intellexerit. Secus et non minus recte *Augustinus* loco laudato a Cl. G. *Noott* L. I. de usu fructus, p. 388. (ubi plura de differentia, inter usum et fructum,) in huius, inquit, mortalitatis vita peregrinantes a domino, si redire in patriam volumus, ubi beati esse possumus, utendum est hoc mundo, non fruendum. Sed de his pluribus dicendi hic non est locus.

2. λιπῶν τὴν τάξιν τῆς ζωῆς. Sic egregie de iuvene, qui praecepto Domini de via et ratione vitae consequendae dicto audiens non erat, metaphora petita a re militari. Mali nēmpe milites, qui ordinis deserunt, et officium suum non praestant, dicuntur τὴν τάξιν λείπειν, cui contrarium est μένειν ἐν τῇ τάξει. vid. Cl. L. *Bos Obs. Crit.* p 81, 82. *Liban.* Epist. 72. λιπῶν τὴν τάξιν, καὶ ρίψεις τὰς ὑποσχέσεις ὅψει —.

3. δύσκολόν γέρ τὸν μὴ περιάγεσθαι, μηδὲ κατατρέψεσθαι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν προσόντων ἀβρῶν τῷ προ- δύλφ πλιντῷ καὶ ἀνθρώπων γοντευμάτων. Conferatur hic locus *Luciani* in *Nigrino* §. 19. Quam difficile sit iis rebus, quae sensibus obiciuntur, et a quibus affectus oriuntur, non transvorsum agi, *Noster* in primis pluribus docet *Strom.* L. II. p. 486, 487. cum *Potestatibus*, quae dicuntur, spiritualibus hic in primis esse luctandum, ibi monet, de quibus inter alia p. 487, 30. seq. haec notat:

ai τοῖν Δυνάμεις — καλλι, καὶ δόξαι, καὶ μορχεῖαι, καὶ ἡδονᾶς, καὶ τοιαύτας τινάς Φαντασίας δέ λεξικάς περιτίνευσι ταῖς εὐεπιφόροις ψυχαῖς, καλλιπερ cī ἀπελαύνοντες τὰ θρέμματα, θυλλεῖς προσέντες. Duplex in his macula: prima est in περιτίνευσι, pro quo legendum προτίνευσι: Secunda in προσέντες, pro quo ex certissima emendatione Hemsterhusi legendum προσένευτες. conf. perdocta diuinitatio Magnorum virorum de hoc usu verbi προσένειν ad Timaei Lex. Plat. p. 136. seqq. ed. noviss. Ceterum, pro περιάγεσθαι olim hic legebam παράγεσθαι, quae non raro permiscentur, ut περιφέρεσθαι et παραφέρεσθαι; verum iam non mutato: recte dicitur περιάγεσθαι — ἀπὸ τῶν προσένευτων ἀβρῶν τῷ προδήλῳ πλούτῳ καὶ ἀνθηρῶν γοντευμάτων ἀβρῶν πλοῦτον, splendidas opes, dixit Pindarus Pyth. III. 155. ἀνθηρὴν non tantum de herbis et flirpibus, sed et de aliis rebus adhibetur: sic ἀνθηρὰ χρώματα dixit, Plutarch. T. II. p. 683. E. et Philo etiam ἀνθηροτέραν ἐδιδήν p. 1129. D. Ad γοντεύματα, γοντεύειν, γόνης conf. Budaeus in Comm. L. Gr., Pierj. ad Moer. Att., et Ruhnken. ad Timaei Lex. Platon. V. Γόνης, Γόντες. Addo tantum, ut obiter emendem, locum Aeliani Hist. Anim. L. XV. C. 11. ubi legimus. Καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων τοὺς γοντάστε καὶ Φαρμακέας "Ἄρει φίλῳ κολάζειν καὶ διακαλεῖν καταλείπαμεν. mendum est in διακαλεῖν, pro quo Gesnerus substituit διακονεῖν, Trillerus διακρίνειν vel διαδικέειν. scripsit, ut reor, Aelianus διακναίειν γοντεία et γοντεύμα saepe idem.

Illiud de ciborum condimentis etiam adhibuit Philo I. p. 1114. E, quod male mutat Mangeius. T. I. p. 665, 29. pari ratione dixit id. p. 244, 34. τὰς πιθανοὺς τῆς ἡδονῆς γοντείας, et eleganter Noster T. I. p. 173, 33. τὰ θρέμματα γοντεύοντα τὰς ὄρξις cibi, qui appetitiones quibusdam veluti praestitiis fallunt.

4. ἀντὰ ταῦτα haec ipsā, haec sola. Eleganter Graeci, in primis Attici, ἀντὸ τοῦτο deponunt, ut tem quandam solam, et præter nihil aliud, significent. vid. de hoc locutionis usu Valck. ad Herodot. L. III. C. 71, et, quem ibi laudat, Perizonius ad Ael. V. H. L. II. C. 29. Hoc sic scribens spectavit Clemens.

5. συνήδεταν ἔχοτες μήπω τὰ πάθη τέλεον ἀποτελέμενοι. Non damno quidem ἀποτελέμενοis, malim tamen ἀποθεμένοis. Elegans, quod sequitur, ἀρτιμαθεῖς γὰρ ἥσταν καὶ νεανὶ πρὸς τοῦ σωτῆρος ἡδρόλυγην rarius verbum ἀνδρολογεῖν dicit milites conscribere, delectum militarem habere. Hesych. ἀνδρολογεῖ. ερατολογεῖ. verum de alia etiam virorum collectione et delectu usurpari, docet locus Alciphronis L. I. Ep. 11. p. 44., ubi vid. Berglerus.

6. ἀπαλῶν γὰρ καὶ παθαρῶν ψυχᾶν ἔσιν ή σωτηρά. de voce παθαρὸς aliquid dictum ad §. 16. Noster p. 484, 20. παθαρὸς μὲν τὴν σάρκα, παθαρὸς δὲ τὴν καρδίαν. per τὴν ἐγκράτειαν nos contendere ad τὴν παθαρότητα et ἀπάθειαν, docet p. 471, 5. seqq. et p. 484, 3. dicit τὴν παρτερίαν δι ὑπομονῆς ἀπάθειαν παρποῦσθαι. Stoicis, qui sapientem suum di-

cebant esse ἀπαθῆ, debetur haec loquendi ratio. τὸ θεῖον ἀγενῆς καὶ ἀπαθῆς scribit Clemens noster, l. c. p. 471, 9. p. 467, 5. legimus τὸ βούλημα τοῦ ἀπαθοῦς θεοῦ. et p. 450, 14. ὁ τοῦ ἀπαθοῦς θεοῦ Φόβος. Gentilibus natura Deorum etiam dicebatur esse ἀβάνατος καὶ ἀπαθῆς immortalis, et quae nullos affectus, vel violentos rerum externarum appetitus patitur. Christus Dominus similis Deo Patri suo, tanquam eius filius, etiam ἀναιμάρτιτος, ἀνεπίληπτος, καὶ ἀπαθῆς τὴν ψυχὴν: ita Noster p. 99, 10. qui et paulo post dicit, eum esse ἀπόλυτον εἰς τὸ παντελὲς ἀνθρώπινων παθῶν, et ἀναιμάρτιτον μόνον. Plura de his in Excursu IX.

§. 21.

1. ὅτι καθ' αὐτὸν μὲν ἀσκῶν καὶ διεκπονούμενος ἀπάθειαν ἀνθρώπος, οὐδὲν ἀνένει. Quod proxime antecedit ἐν ἀνθρώποις, est pro παρὰ ἀνθρώποις, ut legitur §. 4. nisi forte malis ἐν hic πλεονάζειν. verum hoc tanti non est. Post ὅτι inserendum esse videatur ὁ, ὅτι ὁ καθ' αὐτὸν μὲν ἀσκῶν —, quoniam homo, qui quidem per se ipsum, suaque virtute sese exercet ad extirpandos affectus —. hic habemus ἀπάθειαν, de qua ad §. praeced.

2. τῷ προσθήκῃ τῆς παρὰ θεοῦ δυνάμεως. Sic in prima et Combef. editione. Ad rem quod attinget, vide ad haec et sequentia, quae pluribus notata ad §. 10. Ceterum non dissimilia etiam ex aliis, scriptoribus conduxerunt Eximii viri, Mastus ad

Ios.

Ios. XI. 7, et Gatak. ad M. Anton. de rebus suis L. IX. §. 40.

3. θουλομέναις μὲν γὰρ ὁ θεὸς ταῖς ψυχαῖς συνεπιπνεῖ. legebam olim συμπνεῖ, vel ἐπιπνεῖ. sed nihil novandum. mens Clementis haec est: volentibus Deus simul vim adspirat, qua nempe in ista voluntate corroborentur.

3. τὸ δοθὲν ἐκ θεοῦ πνεῦμα συνεπάλῃ. Caryoph. se contrahit, ceteri contrahitur. sic aoristus positus in significacione praesentis; sed hic potius est perpetuum temporis, contrahi solet. sic et paulo post, συνεχώρισεν, εἶξεν. Usum hunc post H. Stephanum attigerunt Graevius, Hemsterhusius, Bentleius, Gatakerus, et Valckenarius, qui vid. in diatribe in Eurip. perditorum dram. reliq. p. 163.

A. Verum, quid hic est contrahi? an diminui, ut contrahi, apud Ciceronem non uno loco occurrit, atque ita συστέλλεσθαι apud Dionem Chrys. p. 80. C., ubi συστέλλεσθαι, ταπεινοῦσθαι, φθίνειν, et συστέλλεσθαι opponitur τῷ ἀυξεῖν. Hermae pastor, ad quem hic respexisse videtur, dixit μειοῦσθαι L. II. Mand. 5. p. 91. ἐὰν μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον κατοικοῦν ἐν σοὶ καθαρὸν ἔσαι μὴ εκπούμενον ὑπὸ πονηροῦ πνεύματος, μὴ μειούμενον ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας. p. 99. ex Antiocho legimus, τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταῦτην, et paulo post τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ. iunguntur ibi de Spiritu sancto p. 98. λυπεῖσθαι et σενοχωρεῖσθαι. verbum συστέλλειν nimirum de variis affectibus adhibetur, velut de payore et

metu. vid. id. *Dio Chrys.* p. 140 A., et de *tristitia* etiam ac *dolore*. vid. Cl. *Upiorus ad Arrian.* in *Epict.* T. II. p. 39, et in *Ind.* V. *διαχέω* et *συσέλλω*. Ceterum, cum ita dicit Clemens, spiritum a Deo datum *συσέλλεσθαι*, etiam significare voluit, eum *discedere*. vid. *Hermas* p. 92 et 98.

4. οἱ βιαζοὶ ἀρπάζουσιν αὐτὴν. spectat locum *Matth.* XI. 12. Nescio, an haec sit horum verborum sententia: verum id iam non agimus. Ple- rique veterum et recentiorum ita intellexerunt. Egregia sunt quae hanc in rem in sequentibus notat Clemens, qui et *Strom.* L. IV. p. 565, 27. pa- rili modo scribit, *βιαζῶν ἐσιν ή βασιλεῖα τοῦ θεοῦ*, ubi et noster locus cum aliis adscriptus. In seqq. eleganter ludit in vocibus, quae et nonnunquam confunduntur *βεβαίας* et *βιαλεῖς*.

5. ταχέως ἥρπασε, καὶ συνέβαλε τὸν λόγον. Verit Caryoph. cito percepit, rimque sermonis assecutus est. *Horatius art. poët.* v. 335, 336. *Quidquid praecipies, esto brevis: ut cito dicta Percipiunt animi dociles, teneantque fideles.* Latini etiam di- cunt celeriter arripere, quae traduntur, pro in- telligere, et sic etiam rapax ingenium. vid. Ill. *N. Heins.* ad *Ovid. Met.* L. VIII: 243. ubi et laudatum reperies *συναρπάζειν φεσί*, mente corri- pere, mente raptim percipere, ex *Soph. Aiace* v. 16. atque ita et simplex ἀρπάζειν ab eo usurpari, docuit Doctiss. Th. *Johnson ad Aiacem* v. 2. add. *Basi-* *lius Magn.* Opp. T. II. p. 581. F. ἀρπαζούσειν, ἥρπασας τὴν διάνοιαν τοῦ φίματος; et ἥρπαστος συναρπάζειν

τὰ πολλὰ est in Fragmentis Pythagoreorum, ad calcem opuscul. editorum ab Eruditiss. Th. Gale p. 727. sic et *Aristoph.* in *Nub.* v. 773. "Ἄγε δὴ ταχέως τεττὶ ἔναρπασσον, qui et eodem sensu usus est verbo ὑφαρπάζεσθαι v. 490. εὐθίως ὑφαρπάσει, ubi *vetus Scholiastes* legit *συναρπάσει*, et unus Cod. in *act.* ὑφαρπάσει. vid. *Kuſt.* — pro συν- ἔβαλε aliquando legebam *συνέβαλε*, quae verba sape confunduntur; sed rectum est *συνέβαλε*, vim verborum probe assecutus est, intellexit. vid. *Io Tob.* *Krebsius Obs.* in *N. T.* e Iosepho, ad Euang. *Lucae C. II:* 19. significatu et proprio et improprio parum omnino distat verbum *συν- ιέται*.

6. τέσσαρες ὅβολοις ἵσως τοῦ λόγου παταλιπῶν. Sic in prima edit. Illud τοῦ λόγου non intelligens *Caryoph.* margini adscriptis F. τοὺς ὅλους, vertens, quatuor fortasse ad summum relictis obolis. hoc *Combefisio* ansam dedit, ut τοῦ λόγου mutaret in τοῦ ὅλου, reddens, quae tota substantia eset: at- que ita ipsum secuti ceteri Editores. τοῦ λόγου certe, ita hic positum, commodum sensum non praebet: an ergo τοὺς ὅλους vel potius τοῦ ὅλου sub- stituemus? minime; et mali res exempli est, hoc tam fidenter, ne verbulo quidem de ista tali mu- tatione addito, in textum recipere. sed ita solet, ut iam vidimus, *Combefisius*. Illud τοῦ λόγου, om- nino sincerum est, et, si addideris imprudenter a librario omisum τὸ, habebis procul dubio *Auctoris* manum; τὸ τοῦ λόγου quod dici solet. sic

§. I. τὸ δῆ τοῦ λόγου, πῦρ ἐπὶ πῦρ μετοχεύοντες. — Legimus apud Pollicem L. VII. segm. 133, Ariophanem in Heroībus dixisse, rei alicuius pretium esse obolos quatuor et laturam, his verbis: δβολῶν δὲ ἵσως τεττάρων, καὶ τῆς Φορᾶς. vid. Hemst. in Addendis. Suidas Τεττάρων δβολῶν. ἐπὶ τῶν πολλῆς τιμῆς ἀξίων. Τὴν παρόησιαν τὴν σὴν διετ τεσσάρων δβολῶν εἶναι, τὸ τῆς παραμιλας. recte notat Kusterus, Suidam haec ita male interpretari; dici enim hoc proverbium de rebus nullius pretii. Idem vitiū est in Τετράβολον, ubi correxit Cl. editor legendum igitur in illo Suidae loco, vel cum Schotto ex Apofolio, ad Proverbia e Suida, ἐπὶ τῶν οὐ πολλῆς τιμῆς ἀξίων, vel ἐπὶ τῶν πολλῆς τιμῆς ἀναξίων. Locus Juliani a Pearsono annotatus egregie meam conjecturam confirmat: ita επισcripsit Imperator p. 445. B. (ed. Spanh.) Ἀλλὰ τὴν παρόησιαν τὴν σὴν διει (l. διου) τεττάρων εἶναι δβολῶν, τὸ λεγόμενον ἀξίων. τὸ λεγόμενον idein ac τὸ τοῦ λόγου. Noster T. I. p. 274, 5. ἀυτὸς δὲ χακῶν ἐξι τιμιότερος τριῶν, ubi Cl. Lowth recte etiam, addita negatione, legit οὐ τιμιότερος: triobolus nempe etiam de re exigui pretii dicitur. conf. Cl. Periz. ad Ael. V. H. L. IV. C. 14. init. plura non addo: subiungo tantum hoc Basiliī Magni de egeno T. II p. 46. D. σκεύη δὲ καὶ ἑσθίες, τοιᾶτα, σία ἀν γένυται πτωχῶν κτήματα, δληγων τὰ πάντα δβολῶν ἀξία: qui locus hic valde opprimitus.

7. Τὰ παλαιὰ νοητὰ κτήματα. — Ita in prima et
Com.

Combeſſii, editione: Ceterae praebent τὰ παλαιὰ τὰ κτήματα, valde negligenter; cum tamen in versione habeant, quod dederat Combeſſius, veteribus spiritualibus quasi facultatibus, et posterius τὰ hic linguae ratio non admittat. Hoc legentem Valkenarium praeterire non poterat, qui adeo in diatr. in Eurip. perd. dram. reliq. p. 233. C., coalescere jussit, quae sic male viderentur divulgæ, litteis, legendumque monuit τὰ παλαιὰ ἀτακτήματα. Est certe haec emendatio Auctore suo digna; at, cum in prima ed. legatur τὰ παλαιὰ νοητὰ κτήματα, hoc, misa illa conjectura, sequendum puto. §. 20. scripsit Clemens τὸν νοητὸν καὶ Θεοδίδακτον πλοῦτον, oppositum τῷ αἰσθητῷ, sed hic habemus, quod bene observandum, τὰ παλαιὰ νοητὰ κτήματα, quod eodem sp̄ectat, ac quod addit ψυχικὰ νοσήματα.

8. Τοῦτ' ἀνάπτοιτο ἡδὺ τοῖς ἐν οὐρανοῖς ἐγγράφησθαι μένοις. Alludit in his ad nobilem locum Hebr. XII: 22, 23., ubi verbo ἀπογράφεσθαι usus apostolus, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκῳ ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων. eleganter hoc imitatus Basil. M. T. II. p. 615. B., ubi praeter alia egregia scribit, σπούδασιν ἀπογράφησιν ἐν τῇ ἐπουρανίῳ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν πρωτοτόκων, ὅπως ἐυρεθῆ: ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ ὑψίου. Verbum ἐγγράφεσθαι multo et vario usu tritum apud Graecos. e multis pauca hic sufficerint. τοῖς διαμετέστις ἐγγράφεσθαι scripsit Ael. Hist. Anim. L. XIV. C. 28., qui et L. II. C. 25. τοῖς γηγαῖσις ἐγγέραπται. Philo Iud. p. 33. B. τῷ με-

μεγίσφ., καὶ τελευτάτῳ πολιτεύματι ἐγγραφέντες, et p. 292. C. ἐγγραφέντες ἀθέατων καὶ ἀσωμάτων θεῶν πολιτεῖς. Addo his locum insignem Philostrati Epist. 46. in fine. ἐγγραφόν με σύ καὶ Ζεὺς γενοῦ Φράτριος, καὶ Ἀπόλλων πατρός, ἢ δὲ Φυλὴ τοῦ ἑρατος. pro Φράτριος male Olearius legendum censēbat πατρός, ut docuit Cl. Wesseling. Obs. L. I. C. 7. conf. Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 146. et locus Ulpiani obiter hic emendandus, ita ille ad Demosthenis Midianam, non procul a fine, p. 222. (ed. 1 07.) δὲ (Ζεὺς) πολιούχος, καὶ βασιλαῖος, καὶ Φράτριος, καὶ Φίλιος, καὶ ἄρκιος. postremum hoc omnino vitiosum; pro ἄρκιος certissime legendum. ἄρκιος. Ἀπόλλων πατρός et Ζεὺς ἄρκιος iunguntur etiam apud Demosth. adv. Eubul. p. 649, T. III. ed. Tayl., qui vid. in notis p. 659., ubi plura, reperies.

9. οὔτως γὰρ ἀκολουθεῖν οὔτως. — Erit forte, qui οὔτως (sic enim legitur in 1^{ma} et Combef. editione) rectum putet: mihi secus videtur. Clemens scripsit, ut puto, οὔτως. Frequentissime haec a libriis inter se permuntantur. hic et apud Athenaeum p. 641. οὔτως pro οὔτως, uti iam monuit Casaub., atque ita etiam in Mss. in Philone Iud. T. I. p. 100. 28 item οὔτως pro οὔτως, quod et Mangeius notavit in Praetermissis — p. 721. idem vitium apud nostrum p. 347, 31, quod et Sylburgium non praeteriit. Praeterea δει vel simile quid hic omnino requiritur, quod recte vidit Caryophilus, qui ad marginem scribit, F. legendum δει οὔτως.

Lego igitur οὔτως γὰρ οὔτως δει ἀκολουθεῖν τῷ — Magnam vim orationi addit repetitio vocis οὔτως. Sic Basilius Magnus. T. II p. 614. D. οὔτως γὰρ οὔτως οὐδέπω τὸ ἀκέραιον τοῦ τρόπου καὶ τὴν τῆς δικνοίας λαμπρότητα ἐκπιστάει. Amat talia nosfer: sic. T. I. p. 252, 3. οὐ γὰρ δεινὸν, οὐ δεινὸν, γέροντος ἀνδρεῖν, τὸ εἶναι λαθεῖν μὴ δύναμενον: et ib. pau' o post v. 18. οὐκ ἔσιν δὲ, οὐκ ἔσιν ἀληθινὸν ἐνδεικνύναι τὴν ψυχὴν, τὴν κιβδύλαν ἔχοντα κεφαλήν. plura de his repetitionibus si desideres, adi Eximios viros Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 114. et Drakenb. ad Sil. Ital. L. II. 25. et L. XII. 221. Sensus hic est: vere enim, vere inquam, servatorem sequi oportet, ad vitam eius ab omni immunem posca ac perfectionem accedendo cet. ut recte ἀναμαρτησίαν — μετερχόμενον, interpretatus et Caryophil. Non multum aliter Nofer p. 597, 8. οὔτως οὖν καὶ οὐκτὸν ιχνος τὸ Ἀποτολικὸν πορευόμενοι γνωσκότοι, ἀναμαρτητοι γε εἰσιν διείλευσται. de hac hominis Christiani ἀναμαρτητῷ vide et et p. 443, 23. P. 573, 4. At pluribus locis ad hanc Christi limitationem et similitudinem, summi rem momenti, exhortatur Clemens. vid. p 99, 15 seq. p. 102, 33. — p. 157. 2, 3. add. p. 376, 35, et not. Sic et, Apostolos secutus, Ignatius, aliquie inter veteres. Ceterum cum Combefisso pro κοσμάντα dedi κοσμᾶντα, ut et διατίθεται, quod habet prima editio.

§. 22.

I. Αποκριθεὶς — legis hic ex prima edit. sine εἰπεν' Αποκριθεὶς δὲ ὁ Ιησοῦς, ἀμὴν ὑμῖν λέγω — : § 4. additur λέγει: non raro hoc a Nostro omititur, ut et ab aliis Scriptoribus. conf. not. ad § 19. porro ἐκαπονταπλασίου, et ἡμᾶς pro ὑμᾶς, coll. §. 4. deinde τὸ ἔτι τούτου σκληρότερον: tandem ὥρα pro ὥρᾳ.

2. δε ἀν ἀφῇ — aliter, T. I. p. 570, 29 — ἀν καταλείψῃ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ ἀδελφὸν, καὶ τὰ ἔξης, ἔνεκεν τοῦ Ἐυαγγελίου καὶ τοῦ δυόματός μου, μακέριος οὐτος. allegorice ibi hunc locum interpretabatur: ita v. c. scribit, μήτηρ γ' οὖν ἡ πατρὸς καὶ τροφὸς ἀλληγορεῖται, et sic in ceteris. pro ἡ πατρὸς καὶ τροφὸς malim ἡ γῆ πατρὸς καὶ τροφὸς. γῆν τῷ Φον ἡμετέραν ε Platone laudant Lexica, et patria proverbiali forma, dicitur κοινὴ τῶν πολιτῶν τῷ Φόν. pro προτάχέουσα ib. v. 28. lege προτάχέουσα. *Lucae XIV: 26*, quem mox laudat ad eundem modum exponit p. 555, II, et seq.

3. Τοὺς ἐγγυτάτω γένους, potuisset etiam scribere τοὺς ἐγγυτάτα γένους, nam utrumque dicunt. *Plato*, T. III. p. 304. D. μοὶ τυγχάνει ἐγγυτάτα γένους ἦν. *Lucian*. T. I. p. 639, 91. οὗτος ἐγγύτα γένους γένους. ἐγγυτάτω ἀν γένους et alia dabit Taylor ad *Lysiam* p. 14. conf. et *Markl.* ad *Maxim.* *Tyr.* p. 698. οἱ ἐγγύτα γένους qui sint, docet *Philo Iud.* p. 690 A.

4. ἀλλ' οὐδὲ ἀναζησόσιν, οὐδὲ ἐγγὺς. *Caryoph.* recte verit: Sed non sē destruant; nihil minus. Et tamen *Combeſſius*, quem et ceteri hic secuti, aliam, ut saepe, hic concinnavit versionem, in qua nemirum illud ἐγγὺς exprimeretur: at non invicem deſtruunt; neque ulla re adversantur, aut vel prope deſtruunt. Sed vel Lexica docere ipsum potuisent, οὐδὲ ἐγγὺς post sententiam negativam eleganter significare, longe ab est, nequaquam, ita in Fragmentis *Longini* ex emendatione Cl. *Toupii* legitur p. 123. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐγγὺς τι. Sic et alii.

§. 23.

1. Νόμισμα εἶναι, τὸ πρᾶγμα διαδικαστα. Locus hic est elegantissimus, et, si quis alias, diligenter animadversione dignus. Διαδικαστα quidem nonnunquam simpliciter notat, item, disceptationem, item sententiam, iudicium, quod vocant, definitivum, quomodo et διαδικαστα est iudicium subire, apud *Platonem* in *Phaed.* p. 113. D. Sed potissimum in iure Attico est contentio inter duos pluresve, uter utri in honore aut munere sit praefendus. lege sequentia, et videbis, quam opportune hic usus sit illa voce, de qua, praeter *Petit*. LL. AA. p. 452. 609., vide sis *Tayl.* ad *Lys.* p. 312. ad *Demosth.* T. II. p. 634. *Dervil.* ad *Charit.* p. 483., et *Alb.* ad *Hesych.* in V.

2. ἐγὼ ἐσπειρα. omisum hic forte οε: mox ἐγώ τε ἀνεγένησα.

3. *νεκρὸς τῇ Φύσει*. Vertunt mortuus natura. et certe sic verti potest. ita apud Plutarch. T. II. p. 463. C., et p. 474. D. *Φύσει εὑμετάβολον* ζῶν a Principe philosopho dictum de *Helicone Mathematico*, tamquam natura in utramque partem mobili et versatili animante: ex quo etiam loco ὁ πάντα *Weseling*. demonstravit, Epistolam Platonis tertiam decimam non in spuriis et reiculis esse censemam. vid. Epist. ad V. C., *H. Venetiam* p. 37. Testis hic adiungi poterit Noster T. II. p. 744, 16. atque ita etiam illud Apostoli Eph. II. 3. *ἵημεν τέκνα Φύσει δρῦς* cum plerisque interpretibus accipiendum puto. Verum id hoc loco minus aptum. *νεκρὸς τῇ Φύσει* est planissime mortuus i. e. profligatissimus et perditissimus. ita apud *Comicum* in *Pluto* v. 118 *ἄθλιος Φύσει* planissime miser. conf. et v. 273. Plura dabit I. A. *Fabri*cii V. Cl. ad *Sext Empir.* p. 9.

4. *ἔτεροι δὲ ἄκουε τοῦ σωτῆρος*, nempe λέγοντι, ut § 16. frequens haec ellipsis: conf. quae notavi ad § 19 et 22.

5. ἐγώ σε ἀνεγέννησα, κακός ὑπὸ κόσμου πρὸς θνατούς γεγενημένος. *ἡλευθέρωσα* — Non equidem intelligo, quid sit κακός ὑπὸ κόσμου πρὸς θνατούς γεγενημένος. vertit *Caryoph.* male genitum de mundo ad mortem: ceteri, qui male a mundo mortis vicima fuisse genitus. iuvandus, ni fallor, hic locus et emendatione et distinctione, — pro ὑπὸ κόσμῳ legendum ὑπὸ κόσμου vel potius ὑπὸ κόσμῳ, et γεγενημένον mutandum in γεγενημένον (saepius haec

inter se commutantur) porro, maior distinctio ponenda post ἀνεγέννησα, et tollenda post γεγενημένον iungendum cum ἡλευθέρωσα. Ita igitur scripsit Clemens: ἐγώ σε ἀνεγέννησα. κακός ὑπὸ κόσμῳ πρὸς θνατούς γεγενημένον ἡλευθέρωσα. — misere in mundi potestatem ad mortem redactum in libertatem asserui. — In voce *Ιατρίνη*, quae sequitur, forte respexit ad nomen *Ιησοῦς*, ex more veterum ecclesiae doctorum, qui hic non raro ludunt, et in soni vicinitate, et in vocum significatione: de quo præter alios legi merentur Ill. *Grotius* ad *Matth.* I. 21, et *Dion Petavius* in *Epiphaniūm* T. II p. 53. Atque ita et saepius Noster vid. T. I. p. 100, 34 — p. 101, 3, 4. καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἀκέταις αὐτοῦ ὁ παναρπάνης τῆς ἀνθρωπότητος Ιατρὸς, ὁ Σωτὴρ: Sic alibi, *Ιησοῦς ὁ Ιάμενος* ήμῶν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν.

6. *εἰς ἀνάπτασιν ἀρρήτων καὶ ἀλέκτων ἀγαθῶν*. Neque hoc sanum est. *ἀνάπτασις* frequens apud veteres ecclesiae Doctores de coelesti felicitate: atque hactenus recte. Sed quid est *ἀνάπτασις* a. u. a. ἀγαθῶν? nullus equidem dubito, quin pro *ἀνάπτασιν* scripsit Clemens ἀπόλαυσιν. En nostri locum T. I. p. 91, 30. καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀπολαύσεις ἀποκρυμμένων, τῶν ἐμοὶ τετηρημένων, ἐν οὖτε οὓς ἤκουεν, οὔτε ἐπὶ καρδίᾳ ἀνέβη τινος: hic postrema plenius. *Pseudo-Clemens* epist. ad *Iacobum* §. 10. ἵνα οἱ ἀγαθοὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀποφρήτων ἀγαθῶν ἀδίκως ἀπολαύσωσιν. in *Clement.* homil. I. §. 7. ἀλιοὶ γεμενοὶ τῶν ἀποφρήτων ἀγαθῶν ἀπολαύσετο: (sic leg.)

leg.) et ib. in fine αἰσντων ἀπολαύσειν ἀγαθῶν. Sed quo plura? — In edit. *Combeſiſi*, ceterorumque legitur ἀληκτῶν, quod non absurdum. ἀγαθὰ ἄρ-
έντα καὶ ἀληκτὰ, bona, quae verbis enarrari ne-
queant, nec finem sint habitura. ἀληκτὸς κῆδεμονία
est apud *Phil. Iud. T. II. p. 444*, 14. quod cur
ad calcem mutet *Mangeius*, nulla est causa. Ve-
rum prima editio habet ἀλέκτων. *Caryoph.* ἄρρήτων
καὶ ἀλέκτων ἀγαθῶν vertit ineffabilum honorum.
Combeſiſus reddidit arcanorum, et quae nemo elo-
qui queat, honorum. ἀλέκτων igitur legit, et in
textu tamen habet ἀληκτῶν: negligentar, nisi ope-
rarum forte viuio. Secuti sunt, ut solent, ceteri.
Iamblichus de Mysteriis sect. I. C. XI. scribit:
τὰ μὲν ἀποφῆτὸν τινὰ καὶ πρείτουν λόγου τὴν ἀττα
ἔχει. In Tragoedia iunguntur οὐ βῆτὸν οὔτε λεκτόν.
In mente habuisse videtur Auctor illud *Apostoll*
2 Cor. XII, 4. ἄρρητα ἥματα, ἡ οὐκ ἔξιν ἀνθρώ-
παλῆται; ut in proximis 1 Cor. II. 9.

7. ὑπὲρ σου πρὸς τὸν θάνατον διηγωνισάμην, καὶ τὸν
εἰς ἐξέτισα θάνατον, ὃν εὑφελεῖς —. Est insignis
hic locus. ὑπὲρ quidem non raro *commodum* notat,
atque ita etiam in proximis; verum hic ὑπὲρ σου
omnino est, vice *tui*, *loco tuo*; quod docent im-
primis sequentia, *pro te cum morte decertavi*, et
(ita pergit) *pro te suscepi, exsolvi mortem, quam
tu. debebas* —. In Sacris literis saepe Christus di-
citur mortuus esse, cet. ὑπὲρ ἡμῶν, hoc non tan-
tum est in *commodum nostrum*, sed etiam *mor-
tem vicariam* notat, quam pro nobis subiit: unus

instar omnium est locus 2 Cor. V. 15. (conf. v. 21)
Atque hoc sensu haec locutio etiam Graecis fre-
quentatur, quod male nonnulli negarunt: docuit
hoc *Raphelius*, vir Graece peritisimus, in An-
not. ad Rom. V. 8. *Alcestis* pro marito, *Admeto*,
mortua, μηδετέρου τῶν γούέων ἐθελήσαντος ὑπὲρ τοῦ
παιδὸς ἀποθανεῖν, cum utsique parens recusaret filii
loco mortem subire. ita in argumēto *Alcestidis*
Euripides. *Palaeph.* de incredib. C. 41. Λεγεται
μῦθος τραγικόδημος, ὃς δὴ μέλλοντος ποτε τοῦ Ἀδρήτου
θανεῖν, αὕτη ("Ἀλκηστις") εἴλετο ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον.
deinde ἀνδρεῖα γε "Ἀλκηστις ἐκεῦσα ὑπερθανεῖν" Ἀδρήτου.
Apud ipsum *Eurip.* in *Alcest.* v. 690. Μὴ θησοῦ
ὑπὲρ τοῦδε ἀνδρὸς οὐδὲ ἐγὼ πρὸ σου: Sic et v. 682, 698, 701. pro ὑπὲρ ibi et ἀντὶ v. 716. item σοῦ
προθνήσκων dixit v. 709. In *Electra* v. 1026. "Ἐκ-
τείνε πολλῶν μλαν ὑπερ. Atque ita etiam Latini.
Seneca de consolat. ad *Helv.* matrem C. 17. No-
bilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuga
viteriam dedit, *Alcestis* nempe. *Horat.* Carm.
L. III. XIX. 2. *Cedrus*, pro patria non timidus
mori. Patria interitum subiisset, si hoc malum
morte sua non redemisset *Cedrus*.

8. τὴν ψῆφον ἔνεγκε τῇ σάυτοι σωτηρίᾳ In iudi-
ciis nota ἡ σώζουσα ψῆφος. *Demosth.* p. 212. in
fine (edit. 1570) τὸν σεσκότας ἡμᾶς τότε, καὶ
τὴν σώζουσαν περὶ ἡμῶν ψῆφου θεμένους: *Lucian.* in
Harmon. T. I. p. 856. οὐ γε μάλιστα ὅσῳ τὴν λευ-
κὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις. Huc forte alludit *Cle-
mens*, hic scribens ὑπὲρ σεαυτοῦ δικαστού, καὶ τὴν

Ψῆφοι ἔνεγκε τῇ σαυτοῦ σωτηρῷ, pro te ipse esto index, et pro salute tua ferta sententiam, fer sententiam tibi salutarem. non multum hinc diversum est, quod Hierocles dixit p. 124, τὴν καὶ ἑαυτοῦ Ψῆφοι ἐκφέρειν.

9. πὰ πάντων ἐν τοῖς χριστὸς δι νικᾶν ἐστι, ὑπὲρ τοῦ γὰρ ἀγωνίζεται. hoc et elegans. Qui causam orantes apud Iudices, quod hic est ἀγωνίζεσθαι, victores sunt, dicuntur νικᾶν, et νικᾶν τὴν δίκην, vincere, vincere causam, quod et posteriores Latini non refugerunt. vid. quae notarunt Eximii viri Valcken. in diatribe ad Eurip. perd. dram. rel. p. 261, et Qudendorp. ad Thom. M. V. Ναὶ τὴν δίκην.

§. 24.

1. τῶν χρημάτων ἐπίπροσθεν εἶναι. Vertit Caryophili pecuniam tibi postponere. Melius Combefissus, pecuniis opponere, vel occurrere, ἀπαντᾶν: non detrius, pecuniis praecavere, vel antenertere, ne tibi noceant. εἶναι ita pro levari, quod hic forte quis malit. Verum et ita apud Demosth. i Philipp. 53. A. ὅτι δεῖ τοὺς δρόσους πολέμῳ χρωμένους τοὺς ἀχλούσθεν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀντοὺς ἐμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων laudat hunc locum Cl. Doryil. in Charit. Aphrod. p. 338, sed ita, ut adscribat, non male forte — levari legeris; addit tamen, quamvis J. Stobensis C. LII. p. 365. vulgatam agnoscat. Apud Latinos certe esse etiam pro ire, venire non

raro ponitur. vid. Cl. P. Burmannus ad Petron. Satyr. p. 189. Conferre et licet Lat. obviam esse alicui pro obſtare, quod alias obviam ire, venire.

2. καὶ τὸν ἀπάγει με χριστὸς τῆς κτήσεως —. pro ναι, quod est in Combef. c. terisque editionibus, ex prima restitui καὶ. Appositus hic est Nosrui locus p. 1000, 29. δι Λόγος (sic scribo) τῆς κτήσεως ἀφίσθεται οὐ κελεύει, ἀλλ' ἀπροσπαθῶς διουκεῖθει τὴν κτήσιν. ita pro κτίσεως et κτίσιν legendum cum Sylburgio, et Coetelerio Gr. Monum. T. II. p. 647. C.

3. ἀν γάρ ἐνταῦθα ἀπόδηται ὑπὲρ χριστοῦ. est hic lacuna in prima editione: in margine adscriptum est. „Videtur deesse, quod conditioni respondeat (εἰς ζωὴν ἀλόνιον Φυλαχθῆσθαι) vel simile” hinc in versione, in viam aeternam salva erit. Combefissus ex Luca, ut monet, explevit ἐκεῖ ζωγονίσθεται. Niimirum legitur in Eius Evangelio C. XVII. 33. καὶ ὃς ἔαν ἀπολέσῃ αὐτὸν (τὴν ψυχὴν) ζωγονίσῃ αὐτὸν: ex illo iam ζωγονίσει formavit ζωγονίσθει: debuerat sic scribere ζωγονιζήσθεται. Et nihilominus ceteri etiam secuti sunt. Si a Caryophili supplemento discedas, quidni ex Matih. XVI. 25. legas ἐκεῖ ἐνρεψήσθεται, vel ex Marco VIII. 35. ἐκεῖ σαβήσθεται? verum, cum Combefissi istam coniecturam in contextu non exhiberem, nec meam recipere volui.

§. 25.

1. ἐχειν μετὰ διωγμῶν. sic prima editio. Combe-

*fissus addidit μὴ, in quo et ceteri ipsum secuti sunt. Scribit Combef. in notis „ Negat. addo pro�us necessariam, ut Clementis sensus constet et expositio.” Diceres certe, sequentia legens, ita scripsisse Clementem: et tamen hoc mihi non est vero simile, cum *Marci* locum data opera hic exponat, et negativam etiam non habeat §. 4., ubi totum Euangelistae contextum, paucis tantum mutatis, citat. Illud μετὰ διωγμῶν, quod solus *Marcus* habet, veterum et recentiorum interpretum mentem advertit: „ mirum profecto, (sunt verba Cl. *Valckenarii* in Adnot. Crit. in loca quaedam libr. f. *Novi* T. p. 259.) cur duas voces responso interseruerit, μετὰ διωγμῶν le- nius quidem paulo, quod tres saltem Codd. praebent, μετὰ διωγμὸν. Sed cur vel hoc inferatur minus liquet. — Sunt et alia in Euangelio *Marci*, de quibus illud ipsum dicit posuit.” Non male margini Principis editionis adscriptum. „ Nota novam in textu distinctionem, novumque sensum citati loci ex Euangelio *Marci*.” Sententiam suam, singularem certe, deinceps exponit *Clemens*.*

2. καὶ ἀδελφοὺς κατ’ αὐτὸν, ὥσπερ —. Vertit *Ca-*
ryoph. et frates ipsi probatos. *Combefissus* ceterique, frates quoque illius cultos moribus: recte, qui similes ipsi esent; de hoc usu praepositionis κατὰ vid. *Hemst.* ad *Aristoph.* *Plut.* p. 331. sed hic κατ’ αὐτὸν scripsisse *Clementem*, indui non possum ut credam, nec quid huc faciat, intelligo. Legendum existimo κατὰ ταῦτα simul, vel eodem
tempore.

tempore, sic *Aelian.* V. A. L. XIV. C. 8. init. *Lu-*
cian. T. I. p. 404, 77. *Hesych.* μετὰ τὸ ἀυτὸ-
νοῦ. — Locus, qui ibi laudatur, *Act.* XIV. I.
huc non pertinet, quamquam ita vulg. interpres,
Erasmus, et Belgae nostrates: μετὰ τὸ ἀυτὸ-, scil.
θος, ibi est, ut *Camerarius* recte notavit, *codem*
modo, five *similiter*: ut, consuetudine sua, intel-
ligatur *Iconii* quoque *Paulum* et *Barnabam* ingres-
fos esse conventum Iudaicum. *Christum* autem
Dominum simul vel eodem tempore vocasse *Pे-*
trum et *Andream*, nec non *Jacobum* et *Ioannem*,
fratres, constat ex *Math.* IV. 18—22. — μετὰ
ἀνδρέων legitur in prima edit.

3. ὃ δὲ χαλεπότατος ἐνδεύει ἐστὶ διωγμὸς — sic alle-
gorice interpretatur διωγμὸν. Interpretandi hoc ge-
nus a Iudeis acceptum valde frequentarunt Chris-
tianae ecclesiae Doctores, inter quos etiam fuit
Clemens noster. Ceterum, rem si species, egre-
gia sunt, quae hic habet.

4. λυσσῶσα ὑπὸ ἄγριων ἔρωτων, eleganter λυσσᾶν
dici de rabiosis maxime canibus, in vulgus notum
est, non item, et ἀρράζειν et ἀβάζειν de his usur-
pari: de quo notavit *Valcken.* *Anim.* ad *Ammon.*
p. 232. Emendandus hinc *Philo Iud.* in vita con-
templ. p. 895. C. ἀράτουσι καὶ λυττῶσι κυνῶν τρό-
πον ἀτιθάσων. vitiosum certe est illud ἀράτουσι.
Mangeius T. II. p. 477. infeliciter satis legendum
concebat γρύζουσι. scripsit *Philo* ἀρράζουσι, vel,
quod malimi, ἀβάζουσι. *Addo* alium, nec minus
appositum, locum, ut et aliam viri *Eruditissimi*

coniecturam obiter tangam: p. 974. D. ubi δελυττηκοτες ὑπ' ἀγριότητες εἰς θύρων φύσιν. legitur ubi paulo post ἡδη δὲ καὶ γενεὰς ὅλας — ἐνέκρισκη. intelligit certe *integras familias*; sed sic melius legi συγγενείας T. II. p. 527. monet *Mang.* at γενεὰς hoc ipsum non raro significat. ita *Ios.* B. I. L. I. C. 16. §. 4. οἱ δὲ ἀπέσφαττον ἀυτοὺς σὺν γενεᾷς cum familiis. Sic et *Antiq.* L. XIV. C. 15. §. 3. Verum pergamus. Ut hic ἄγριοι ἔρωτες, et *Φλεγομένη* — sic T. I. p. 178, 15. δρυαι τε ἄγριαι, καὶ *Φλεγμαλνουσαι* ἐπιθυμίαι, et p. 193, 23. δρυαι πολεμικά, εἰς τὰς ἐπιθυμίας ἐνφλέγονται, ἢ τοὺς ἔρωτας ἐκκαλονται, ἢ ἐξαγριαίνονται τοὺς θυρεούς. *Lucian.* in *Nigrino* p. 55. ἀντικεῖ (ex emend. *Hemst.*) πολλαῖς τε καὶ ἄγριαις ἐπιθυμίαις, plura non addo. Notandum hic potius, mox pro προκειμένοις potius legendum esse προσκειμένοις. *Caryoph.* vertit in *haerentibus*. πρὸ et πρὸς crebro inter se permutari, a multis, et me etiam alibi, observatum. Excederat fere ad haec et antegressa monere, graviora animi πάθη haud raro cum animalibus in rabiem actis et feris comparari: quod pluribus docuit ὁ πάντων *Casaub.* Anim. in *Athen.* p. 29 et 30. et in *Addendis* p. 635. egregie *Philo Iud.*, quamquam paulo diversa ratione, p. 199 C., praestantiorum et magis perfectam non reperiri victoriam, quam qua vincitur τὸ τετράποντον καὶ σκυρτητικὸν καὶ ὅπεραυχον ποβῶντε καὶ κακιῶν ἀλκιμιώτατον σιφος. *Diogenes* τὴν ἡδονὴν dicebat τὸ πάντων ἀμοχώτατον ἢ καὶ δυσμαχώτατον θυρίου. vid. *Dio Chrys.* p. 140.

C. iungit *Hierocles* p. 162. τὸν ἀπαλλαγέντα τὴν θυριώδους ζωῆς, et τὴν ἀμετρίας τῶν παθῶν κακοφεύσαντα.

5. οὗτος δὲ διαγνήσθε βαρύτερος καὶ χαλεπότερος, ἐνδονεν δρυάμενος, ἀεὶ συνιόν —. *Egregia* haec sunt, et quae sequuntur. Pari ratione *Philo Iud.* p. 18. C. πόλεμον τὸν κατὰ ψυχὴν dicit πολέμων ἀργυραλεώτατον καὶ βαρύτατον. conf. et p. 1128. D. *Noster* T. I. p. 492, 18. οὗτοι οἱ ἀνταγωνισταὶ παχεῖς καὶ Ὁλυμπικοὶ (τὰ πάθη nimirum) σιηκᾶν, ὡς εἴπειν, ἐπὶ δρυάτερι, καὶ μάλιστα ἡδονὴ, οὐ μόνον μετ' ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐνυπνίοις μετὰ γοντείας δελεαστικῶς ἐπιβουλεύουσα καὶ δάκνουσα.

6. πύρωσις. Scribit hic *Combeffus*. „Aptius forte esset πύρωσις sollicitatio ad stuprum, deque illo tentatio: quo ipso sensu τὸ πύρωσις suffundendum sit, ut sit quasi libidinis incensio.” *Sollicitatio illa ad stuprum* ab hoc loco valde est aliena. πύρωσις idem hic est quod διαγνήσθε in antegressis. *Hesychius.* Πύρωσις. δοκιμασία, probatio, quemadmodum ponitur a *Graecis V. T. interpretibus Prov. XXVII.* 21. proprie dicitur de auro et argento, quae per ignem explorantur, quod clarissime liquet ex *Ps. LXV.* 10. Ἑδοκιμασία ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσις ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. plura dedit *Grotius* ad 1 *Petr.* IV. 12 hinc iam πύρωσις afflictio, adversa, tanquam quibus homines explorantur, sicut metallia per flammam, atque ita loco Petri laudato.

7. μέχρι θανάτου παραμετρεῖται. *Noster* T. I. p. 579, 26. πραεῖς εἰσὶν, οἱ τὴν ἀπίστου μάχην τὴν ἐν

τῇ Φυλῇ καταπεπαινότες, δικροῦ καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τῶν τούτοις ὑποβεβλημένων εἰδῶν. Scripsit Clemens, non ἀπίστου, sed ἀσπεισού μάχην. Sic iam dudum corrigebam, sed deinde hoc occupatum vidi a Weselingio V. C. in epist. ad H. S. Reimarus, ad calcem Dionis Cassii p. 1500., ubi pro ἀπίστοις τὸν πόλεμον restituit ἀσπεισού, atque ἀπίστοι et ἀσπεισού in codicibus saepe permisceri monet: addere viri Eximii Ioa. Piersoni Verisimilia p. 253. ubi ex Aristæneto L. II. E. 14. laudat Αἴσπονδος μάχην καὶ ἀδιάλλακτος ἔρις. ἀσπονδος μάχη et ἀσπεισος μάχη idem, ut πόλεμος ἀσπεισος et ἀσπονδος, quod præter alios habet Philo p. 581. B. πόλεμος οὐν ἔνιος ἐσὶν ἀσπονδος, καὶ ἀκήρυκτος πρὸς τὴν λογικὴν φύσιν, οἵτινες τὰς βλάστας ἀπτῆς ἀποκιρώσων ἐν χρόνῳ: imo ἐν χρώ, ut ex MS. recte edidit Mang. T. I. p. 636.

8. τὸν τῆς σῆς συνήγορον καὶ παράκλητον ψυχῆς —
Haec et quae sequuntur egregia, de voce συνήγορος
vid. Magni Pearsoni, Annot. in Epist. Ignatii
ad Smyrn. §. 5. p. 15. Thom. M. v. Ρήτωρ. Nos-
ter p. 153, 11. Ἐνīν μὲν οὖν συνήγορους ἡμῖν τῆς
ζητήσεως ταύτης ἐπισπάσασθαι. Φιλοσόφους πατρούς
huius quaestionis,

§. 26.

I, οἱ πρῶτοι ἐσχατοι, καὶ οἱ ἐσχατοι πρῶτοι. §. 4.
πρῶτοι et οἱ ἐσχατοι, ut in recepta edit. at melius
οἱ πρῶτοι et οἱ ἐσχατοι, vel πρῶτοι et ἐσχατοι, ut edi-
dit Griesbachius.

2. κατὰ τὴν ὑπόνοιαν καὶ τὸν σαφισμὸν. de v. ὑπό-
νοια more suo pereruditate notavit Cl. Ruhnkenius
ad Timaei Lex. Plat. p. 200. (ed. noviss.) vid. et
Cl. Abresch Diluc. Thucyd. Auct. p. 273. Non
raro hoc sensu etiam διάνοια a veteris ecclesiae
Doctoribus adhibetur. — Ad σαφισμὸν in ed.
Potteri notatur „Seu σαφηνισμὸν explicationem,
dilucidationem.” Ego iam olim legebam σαφισμὸν,
cuius generis a verbis in ἡω derivatorum nonnulla
dantur exempla, velut λοιδορητὸς, πατησιὸς, de
quibus perite sententiam dixit Bergl. ad Akiphri
p. 88. add. Dorvil. ad Charit. p. 107. Iusta igi-
tūr, ut hoc obiter addam, non suberat causa,
cur Cl. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 281, 282.
δρχητηὸς spurium pronunciaret, eiusque loco in
textum induceret δρχηθηὸς. Nunc autem σαφισμὸν
non mutaverim. σαφίζω, unde σαφισμὸς, a σαφής,
aeque analogicum ac σαφέω. In mentem hic revo-
cemus ἀληθίζειν, ἀτενίζειν, et ipsum (a σαφηνίς)
σαφηνίζειν, unde σαφηνισμὸς. Cod. Alexandr. 2 Ma-
ced. I. 21. habet διεσάφισαν, quod Doctiss. Grabe
in sua editione, immerito, alteri διεσάφησαν locum
cedere iusfit.

3. τοὺς πίτει καθάπαξ ἐκυτοὺς ἐπιδιδόντας. malim
ἐπιδόντας: quod expressit versio Caryoph. et cete-
gorum. Mox pro ἀνακείσθω aliquando legebam
ἀνατίθεσθω. sed ἀνακείσθαι in hac et aliis loquendi
formis usurpatur ut ἀνατίθεσθαι. quare nihil mu-
tantum.

4. καὶ βλέπειν πρὸς τὸν κύριον ἀτενεῖ τῷ βλέμμα-

71. Nescio, unde proxime antegressa tam viuofe in edit. Felli, ceterisque legantur, ὑποκύπτειν τὴν ἔκυτοῦ ζωὴν — ubi ἔκυτοῦ pro ἔκυτῶν et r. à. ζωὴ male τῷ ὑποκύπτειν iunctum, quod indeoles linguae non patitur. Et tamen *Combeſſiſus*, quem ceteroquin sequi solent, recte habet, ut nos ex prima editione dedimus. Quod ad βλέπειν πρὸς τὸν κύριον ἀτενεῖ τῷ βλέμματι, *Lucianus* dixit ἀτενεῖς ἀφορῇ ἐς τὴν T. I. p. 217, 76. qui et p. 599, 71. ἀτενεῖς ἀποβλέπειν ἐς τὰς κανόνας. Latine ἀτενεῖ τῷ βλέμματι dixeris *rectis vel intensis oculis*. Quid sit *rectis oculis*, *recto lumine*, intueri docuit *Magnus Bentley* ad *Horat.* I. 111. 18. de quo et monuit *Cl. Burmannus* ad *Lucan.* L. IX. 905. Egregie autem addit, καθάπερ εἰς ἀγαθοῦ κυβερνήτου νέμα δεδορκήσεις. iucunda hac imagine delectati sunt veteres. Civitas Christiana sanctissimum navigium; summus eius gubernator Dominus Iesuſ; huius remiges in primis Apostoli, quos, huc, forte respiciens, Apostolus eximie ὑπηρέτας χριſtοῦ vocat i. Cor. IV. 1. Pseudo-Clemens in epist. ad Iacobum §. 14. ubi, cum dixerat, ecclesiae statum similem esse navi magnae, ita pergit: ἔτω μὲν οὖν ὑμῖν ὁ ταῦτης (ναῦς) δεσπότης θεός, καὶ πάρεκκαθὼ ὁ μὲν κυβερνήτης χριſtός, ὁ πρωρεὺς ἐπιπότης, οἱ ναῦται πρεσβυτέροις, οἱ τοιχάρχοι διακόνοις, οἱ ναυαρχοὶ τοῖς κατηγορισιν — pro ναυαρχοῖς legē ναυαρχοῖς sic et §. 15. *Noster* p. 91. 27. κυβερνήσει σε ὁ Λόγος ὁ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῖς λιμέσι παθορμαῖς τῶν οὐρανῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον. ubi ele-

gans

gans lusus in v. Πνεῦμα. — Porro, τὸ σύνθημα δίδουσι, quod sequitur, etiam dixit *Iulianus* p. 361. A.

5. τὸν καὶ πίθεν τὸν ὄρμον ἐπαγγέλλεται. Haec sana esse non puto. *Caryoph.* vertit, ubi et unde promittat portum. *Combeſſiſus* ceterique, quo tandem et unde cursum navigationis intendat. Verum hoc verba non significant: eset hoc τὸν ὄρμον, quod et olim mihi in mentem venit, nec tamen et hoc mihi probatur. Vitium latere videtur in καὶ πίθεν. Forte scripsit *Clemens* ποὺν vel ὅπου τὸν ποιητὸν ὄρμον ἐπαγγέλλεται. Ubi exoptatam promittat stationem, vel portum (ut *Caryoph.*) hoc olim Magno *Valckenario* in litteris ad me datis non displicebat. ποιεινδ quidem est forma magis usitata, ποιητὸς tamen etiam reperitur apud *Alciphr.* p. 90. init. ὁ ἡδὺς ἐκεῖνος καὶ ποιητὸς ἡμῖν πλακοῦ. *Bion* Id. I. 58. θνάσκεις ἡ τριπόθατε Id. VI. 15. εἴαρ τριπόθατον. add. *Moschus*. Id. III. 52. Scriptores, qui dicuntur Ecclesiastici, non raro adhibent et simplex et composita. *Clemens Rom.* Epist. C. 59 dixit τὴν ἐνταῖαν καὶ ἐπιπόθητον ἐιρήνην. (*Apostolus* etiam hoc composito usus *Phil.* IV. 1.) *Ignatius* Ep. ad *Smyrn.* §. 13. Ἀσπάζομαι Ἀλκην τὸ ποιητὸν μου ὄνομα. Sic et Ep. ad *Polycarpum* in fine. Epist. ad *Rom.* §. 10. Κρόκος τὸ ποιητὸν μοι ὄνομα. Condit. *Apost.* L. II. C. 22. prope finem: "Ηκούσατε, τέκνα ποιητὰ ἡμῶν. Familiare in primis fuit *Theodoro Studitae* in Epistolis. (vid. *Iac. Sirmendi Opera Var. T. V.*) L. I. E. 6. Ep. 35. Ep. 51. nec

nec minus composita, πολυπόθητος, περιπόθητος (quod et apud alios obvium) θεοπόθητος, παυπόθητος, τριπόθητος, ἐπιπόθητος, ἀειπόθητος. Operaे non est loca, quae inter legendum notavi, hic sigillatim describere. Ceterum nihil navigantibus iucundius, quam si de portu certiores sint; quod egregie docet *Io. Chrysost.* T. III. p. 228.

A. B.

6. ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὴν ψυχὴν νέμοντος. — Margini primae editionis hic adscriptum legimus, „, cautele gendum, sapit enim Origenis errorem de praeexistingentia animarum“. Non male *Combeſſiſſus* de hac nota. Verum *Clemens*, non τὴν ψυχὴν scripsit, ut reor, sed τὴν τύχην nihil magis consentaneum sententiae hujus loci. Duo haec saepe inter se commutari, haud ignotum. vid. *Hemsterh.* Misc. Obs. Vol. III. p. 422. *Abresch.* Dilucid. Thucyd. in Add. p. 823. *Nedham* ad *Hierocl.* p. 453. et in primis *Doryl.* in *Charit.* p. 422. Ut hic, ita Demosthenes de corona p. 343. A. (ed. 1607) τῇ τύχῃ δὲ, ἦν ὁ δικιῶν ἀπένειψεν ἐπάσσοις, ταῦτα κέχονται: fortuna autem hac, quam cuique Numen tribuit, sunt usi.

7. εἰς οἶκου τοιούτων ἀνθρώπων εἰσφρίσθη καὶ γένος ἀμφιλαφὲς καὶ est ex prima editione, sicut et mox ἀπελήλαται pro ἀπελήλατο, de usu formae mediae verbi εἰσοικίζειν egit *T. Hemsterh.* in *Misc. Obs. Vol. VI.* p. 349. *Ioseph.* in *activo* scripsit Antiq. L. XVII. C. 12. §. 1. de iuvene quodam, Iudeo quidem, sed in Sidoniorum urbe educato,

110

εἰσφίκεται αὐτὸν εἰς τὴν Ἡράδου συγγένειαν inseruit se in *Herodis familiam*. hic passim possum est. Ele, ganter γένος ἀμφιλαφὲς ἀμφιλαφῆς maxime de arborebus dicitur *laeta coma florentibus*, cum quibus familiae non raro comparantur. Hinc et venuste adhibitum de *re quacumque ampla et copiosa*. sic ἀμφιλαφῆς ὑπόθεσις argumentum copiosum apud *Lucian.* T. I. p. 715. 60. ἀμφιλαφῆς ἀφορμα. T. III. p. 23, 56. κόμη ἀμφιλαφῆς *Philostr.* in *Heroic.* p. 733. mitto plura: vid. *Cl. Perizon.* ad *Ael.* V. H. L. II. C. 14., et in primis per insignis nota celeb. *Ruhnken.* ad *Tim.* Lex. *Plat.* p. 26. seq. (ed. noviss.)

8. ἐι δυναταὶ τις ἐνδοτέρῳ τῶν ὑπαρχόντων κάμπτειν τῆς ἔξουσίας. Multum exercuit me hic locus, neque tamen me tandem verum reperisse dixerim. Coniecturam *Caryophili* margini adscriptam nemo, ut puto, consensu suo approbat: ita ibi legimus „, ἡ. ἀνάτερος τῶν ὑπαρχόντων κύπτειν τῇ ἔξουσίᾳ.“ Cum *Clemens* ἐνδοτέρῳ scribit, intelligere videtur τὸ λογικὸν vel τὸ ἀγενονικὸν τῆς ψυχῆς. — τῶν ὑπαρχόντων η ἔξουσία recte dicitur, ut ἔξουσία πλούτου apud *Thucyd.* L. I. C. 38. — pro κάμπτειν forte legendum πρατεῖν. (τῶν ὑπαρχόντων πρατεῖν τῆς ἔξουσίας.) vel, si κάμπτειν loco non sit movendum, pro τῆς ἔξουσίας legi poterit τὴν ἔξουσίαν, et κάμπτειν, exponi vitare, declinare: quo sensu *Euripides* in *Supplic.* v. 748. dixit κάμψαι κακὰ. vid. ibi *Markl.* Forte et hic admoveri posset, quod idem dixit, κάμπτειν λύπας, flectere, sedare, dolores.

R

tes.

r.s, in Fragmentis Alexandrae. οὐδὲ ἀλλὰ καμπτεῖ τῷ χρόνῳ λύπας χρέαν. Certe, καμπτεῖ τὴς ἔξουσιας quomodo dicatur, et quid sit, non intelligo. *Combeſiſius* tamen nihil mutandum hic esse scribit, et sibi bene hoc intelligere videtur, dicens esse, ex divitiis non infolescere, sed in eis animum quasi frangere, et a potestate decadere, quomodo et versio hic exhibet.

9. ὅπερ ἐν τῷ ἀρχαν καὶ θεολογίᾳ ἐξηγήσει — vid. de hoc scripto *Io. Alb. Fabricii Bibl. Gr* vol. V. p. 113, 114. ipse *Clemens* huius mentionem facit *Strom.* L. III. p. 516, 10. et p. 520, 8. (ed. *Post.*) Ceterum dignus hic est, qui legatur locus *Origenis* L. VI. contra *Celsum* §. 16. Oper. T. I. p. 641, 642., ubi ingeniose docet, cur camelus aptus Christo fuerit visus, qui cum divite compararetur, et quid voluerit per angustum acus foramen.

§. 27.

1. οὐδὲ καταποντίσεον αὐτὸν τὸν πλοῦτον. Non valde frequens est verbum καταποντίζειν. *Hebr.* XI. 29. pro κατεποντάνοντι Codd. habent κατεποντίσθων, sed hoc est interpretamentum. Verum in *Euangelio Matthei* bis occurrit: bis etiam in *Plutarchi Fragm.* pro nobilitate, quod *Tomo IV^{to}* *Anecdot.* Graec. subiunxit *Io. Christoph. Wolf.* V. C. §. 11 et 12. vid. et *Noster* T. I. p. 44, 14. Eleganter *Isidorus Pelus.* dixit

p.

p. 162. C. εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας καταποντίσαι πέλας. *Diodor.* Sic., qui alias καταποντίζειν dieit, καταποντῶν scripsit L. XIV. C. 112 prop̄ finem: atque ita et *Diogenes Laërtius*, *Dio Cassius*, alii que: vid. l. c. *Wesseling*. conf. et *Dorv.* in *Charit.* p. 64, qui et p. 639, docet, πάλιν etiam significare contra, quo sensu et saepe rursus apud Latinos. Atque ita hoc loco. Sic et alii dicunt autem non raro iunctum αὐτὸν πάλιν, et πάλιν αὐτόν. vid. vir longe Doctissimus, *Io. Davisus* in *Max. Tyr.* p. 521, qui et p. 593. docet, ad eundem modum dici αὐτὸν αὐτόν. Ceterum, quo hic respexit *Clemens*, constat ex iis, quae ad finem §. 11mo notavimus. Paulo post ex prima editione hic legis χειρέον pro χειρέα.

2. οὔτε ἐν παιρὸς ἀπόλλυται — Referuntur haec et sequentia ad ea, quae dixit §. 2 et 3. Erant nimirum inter eos, qui Christiana Sacra amplectebantur, alii, qui perfunctorie verbis Domini auditis de salute aeterna desperarent, quod divitiis abundantur; alii, qui recte intelligentes, divites universitate a salute non excludi, bene sperarent, divitias tamen vere ita dictas non sectantes, neque vitae homine Christiano dignae operam dantes. Illorum animis desperatio erat elevanda; hi instituendi, qua via et ratione certam coelestis vitae consequendae spem alere possent. Hoc iam, expositis Optimis Maximi magistri verbis, data opera agit. Φέρε igitur, inquit, σκεπτέα, ἡγεμονία τὴν ἐλπίδα — : saepe, addito δη, ὥρε

R 2

δη,

δη, ut apud Latinos *age sane*, atque ita etiam Noster T. I. p. 36, §.

3. πῶς ἐν τῷ ἀνέλπιστῳ ἔχεγγυον γένοτο, τὸ δὲ ἐλπισθεῖν εἰς κτῆσιν ἀφίκοιτο. graviter haec dicta, quorum hic sensus esse videtur: *qua ratione id, cuius nulla spes est, firmum evadat*, sic ut certe exspectes; id autem, *cuius consequendi spes est, in possessionem abeat*. Vocem ἔχεγγυος ita frequentavit praeter alios Dio Cassius, apud quem T. I. p. 292, 39. πλειστοῖς σωτηρίας ἔχεγγυος. conf. et p. 397, 75. Semel et eodem sensu dixit Φερέγγυος πίσις p. 269, 16. alia ratione hoc Φερέγγυος depositum Sophocl. in *Electra* v. 912. (ed. Brunck.) vid. ibi Schol. Dionis etiam est ἔχεγγυος διάνοια solidam animi constantia in Excerpt. Vales. p. 612. Caryophilus autem sic intelligebat, quomodo spei defectus loco pignoris sit, spes vero in possessionem transeat. τὸ ἀνέλπιστον igitur hic est p. o. ἡ ἀνέλπισις, τὸ ἐπισθεῖν pro ἡ ἐλπίς. prius quomodo spei defectus loco pignoris sit satis obscurum.

3. ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεως σου —. Notetur, hic et in seqq. Nostrum respexisse Matth. XXII: 36—39. Sed in illo loco nihil est, ad quod respondeat τῆς δυνάμεως. Ob oculos hic etiam habuit Clemens locum Marci C. 12: 30, 31. ubi habes, et ἐξ ὅλης τῆς λογιώς σου, et μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ σὺν ἐστι. Sed iunxit, quod seqq. docent, insignem locum Lutae C. X. 27—37. In Spicilegio Dacherii locum hunc ita laudatum reperimus T. I. p. 34, a dili-

ges

ges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; et ex tota anima tua, et ex totis visceribus tuis. Scriptum verosimiliter ex totis viribus tuis.

4. εἰς δὲ τὰ σωζόμενα πάλιν ἐπανέρχεται. Quum primum haec legerem, putabam, neutrum τὰ σωζόμενα hic positum esse pro mas. c. σωζόμενοι, coll. §. 3. in fine; verum hoc a mente Auctoris abhorre iam nullus dubito. Censuerunt olim non pauci Philosophi, rem si subtiliter spectes, nihil corrumpi; cum, etiam si multae mutationes locum habeant, principium, ex quo omnia oriuntur, permaneat, τοιαῦτης Φύσεως ἐσὶ σωζόμενη, ut ait Philosophus Metaphys. L. I. C. 3. D. ubi plura. Convenit. fere, quod §. 7. dixerat: ἐξ οὐ (θεοῦ) καὶ τὸ εἶναι τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει καὶ τὸ μεῖναι λαβεῖν. [De pleonasio πάλιν monere nihil opus, cum satis frequens sit: unus Isocrates plura exempla praebet, qui dixit p. 133. В πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐπικυνθεῖν. sic et p. 135. D. p. 324. B., qui et p. 143. D. πάλιν ἀνακατιλέειν, ut Apostolus Hebr. VI: 6. alia dabit Cl. Noster Arntzenius in Aratorem de Act. Apost. p. 126.]

5. ἄλλο τι πρεσβύτερον ἄγειν καὶ τιμιότερον. recte πρεσβύτερον vertunt antiquius, quod etiam pro potiore frequentatur. Cum ἄγειν et ἔχειν non raro permisceantur, forte quis ἔχειν practulerit; sed probum ἄγειν. Aelian. H. A. L. X. C. 21. c. θεοῖς τοὺς θεοὺς τοὺς Ὄλυμπους ἄγομεν θυμιτοὺς, τοιαῦτα καὶ ἐκείνους ἐκεῖνοι, recurrunt eadem locutio, L. XI. C. 10. p. 619. ἄγουσι δὲ Ἀιγύπτιοι θυμι-

εἰν γε αὐτὸν. Αιγυπτίοις εἰν πρὸ admirabili habent, summo opere admirantur. Deum agnoscere non uno loco θεὸν ἔχειν dixit Athenagoras, ut monuit Wesfeling. Probal. C. X. p. 89. Liban. T. II. p. 291. Β. φίλον μὲν ἄγαν τὸν Διὸν φίλον, amicum sibi dicens eum qui Iovi charus eset. Pausan. p. 764. init. ἀγαστὶ δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκουμένης — Censent incolae, male in notis mutatur in λέγοντι, quomodo et versio habet. Rem si species, non diversum hoc est ab eo, quod Philonem Iud. imitatus, p. 49, 30. dixit Clemens, τὸ ἀνωτάτῳ (Philo ἀνώτατον, ut ibi notatum) καὶ πρεσβύτατον ἀντίου σέβειν καὶ τιμῆν. Ceterum προσχαπηθέντας hic iunctum cum τοῦ, χενέσθαι τυχόντας, est ab aeterno dilectos.

6. ἄλλο δὲ μηδοτοῦ ἔχοντας ἀνενδεῖται καὶ τελεῖ θεῷ πρὸς ἀμοιβὴν ἐπινοῆται. Egregie Philosophis pastim Deus est nullius indigus, quod obiter monuit Valcken. diatr. in Eurip. perd. dram. rel. p. 41, et pluribus docuit Ruhnken. in Xenoph. Memor p. 225, 226. Apostolus A. A. XVII: 25. οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύσται, προσδεόμενό τινος —. Noster ita plus simplici vice. Insignis est locus T. I. p. 250., ubi, quum dixisset, Deo eum similem esse, qui quam paucissimis indiget, addit ἀνενδεῖται μόνος ὁ θεὸς. ubi vid. not. Clemens Romanus Epist. C. 52. Ἀπροσδεῖται, ἀδελφοί, δε σπάτης ὑπάρχει τῶν ἀπάντων, οὐδὲ οὐδενὸς χρῆσται μή τοῦ ἔξομολογεῖσθαι ἀντῷ.

1. οὐ τὸν αὐτὸν τρόπου ιουδαῖοι —. Conf. Noster T. I. p. 513, 32 —. ubi ad illud, οὐκ ἐπιβιμήτεις τῆς τοῦ πλησίου, monet τὸν πλησίου Iudeo non esse Iudeum, sed eum, qui est aliis gentis, τὸν ἀλλοεθνῆ. Ceterum, quid universe sit ἀγάπη, cuius partem nobiliorem in sequentibus egregie persequitur, docet Auctor. p. 450, 451.

2. ἀναβεν παταβαλνοντα ἀπὸ ιερουσαλήμ ἔχει τῷ λόγῳ τινὰ εἰς Ἱεριχώ —. Venuste loquitur. potuisse et simpliciter, sine τῷ λόγῳ, scribere ἔχει. Non multum ait, quod est apud Philostrat. Icon. L. I. p. 764., ubi "Ομηρος ἀνίστηται μὲν τὸν Ἀχιλλέα ἐπὶ τῷ Πατρόκλῳ, κινοῦνται δὲ οἱ θεοὶ πολεμεῖν ἀλλήλοις, et in primis p. 693. fine, ubi de eodem Principe poëta, ὃ δὲ ἔχει αὐτὸν (τὴν Ἐλένην) ἐπὶ τῷ τοῦ ἱλιου τεῖχος. Noster p. 236, 17. 20. de Ceo Sophista, ubi virtutis et improbitatis imagines describit, τὴν μὲν ἀνταῖν, ἀφελῶς ἴσαμένην ἐποίησε —, θατέρων δὲ τούναντον εἰσάγει —. Alia paulo quidem diversa, non tamen hinc aliena, notarunt Summi viri, Casaub. ad Theophr. Charact. C. VIII. et Hemsterh. ad Thom. Mag. V. Fevriq. Casaubonum etiam laudat Cl. Dukerus ad illud Livii L. XLIV. C 22. *In omnibus circulis, atque etiam, si (Diis placet) in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.* — Porro, Clemens hic, ut et alibi, paucis dicit, ὑπὸ λητῶν συγκεκενημένον.

quod *S. Lucas C. X*: 30. pluribus, scribens, καὶ λησταῖς περιέπεσον ὅις καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον. de locutione λησταῖς περιπτητειν dixi in *Observat* p. 287. addo geminum locum *Aeliani*, ut levem maculam obiter eluam, *L. XIII. V. H. C. 46.* λησταῖς περιπτεσὸν μετὰ τῶν συνηλίκων. ibi in proxime antegressis de dracone, de quo ibi aliquid memoratu dignum refert, ὡπὸ τῶν πολιτῶν εἰς ἔρημιαν ἀπελύθη. Scriptit, ni fallor, ἀπηλάθη. — Pro vitioso ἔρριμένον, et pro ἥμελοντα, ex prima editione hic legis ἔρριμένον, et ἥμελοντα.

3. ὃς οὐχὶ κατὰ τύχην, ὃς ἐκεῖνοι παρῆλθον, ἀλλ' ἦκεν —. Quod corrector in Cod. *Cant. Lucae C. X. 31.* pro κατὰ συγκυρίᾳ dederat, ut obiter monuit *Valck.* ad *Herod.* p. 275, No. 11, illud ipsum hic habemus. rarer est *Lucanea* formula κατὰ συγκυρίαν, cuius adeo interpretamentum est hoc κατὰ τύχην. — Non equidem hic improbo illud παρῆλθον, malim tamen παρῆλθεν: sic concinnior erit oratio, ὃς οὐχὶ κατὰ τύχην, ὃς ἐκεῖνοι, παρῆλθεν, ἀλλ' ἦκεν ἐσκευασμένος —.

4. οἶνον, ἔλαιον — Pro οἶνον hic οἶνον legendum esse, nullus dubito. In *Arriani Epictet. L. III. C. 15.* p. 419. olim legebatur, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον ὅτ' ἔτυχεν. recte emendarunt viri Docti μὴ οἶνον, quod et unus alterque codex praeberet. vid. not. *T. II. p. 196.* Veram autem hanc esse coniecturam nostram, liquet, non tantum ex citato loco *Lucae X: 34.*, sed in primis ex collato articulo sequenti,

ubi

ubi de Christo, de quo hanc parabolam explicat, scribit, οὕτος ὁ τὸν οἶνον, τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου τῆς Δαβίδ, ἐκκέας.

5. ὁ τὸν ἔλεον πρὸς αὐτὸν ἐπιδειξάμενος. apud *Lucam* ὁ ποιησας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. ita saepe sensum, non verba ipsa, exhibet. de quo iam ante aliquando monui, et ad § 30. plura dicam. Activum ἐπιδεικνυμι usitatius medio, quod tamen aliquando ita etiam adhibetur. Sic *Lystras* dixit p. 32. ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδεικνυσθαι, et p. 210. ἐπιδειξασθαι τὴν αὐτοῦ εὔνοιαν ex probabili coniectura *Marklandi*, qui p. 51. in fine plura notavit. *Dio Chrys.* p. 415 προθυμίαν ἐπιδειξασθαι. ὕμετητα καὶ παρανοίαν ἐπιδειξασθαι, πολλὴν *Plutarch. T. II. p. 723.* F. *Nofer* p. 302, 38. τὴν σεμνότητα ἐπιδεικνυσθαι. Ceterum ex prima edit. hic pro ἀποκρι- νομένου legis ἀποκριναμένου, et ὡς ante τῆς ἀγάπης.

S. 29.

1. τὰ πρωτεῖα τῆς ἀγάπης ἀνάπτει τῷ θεῷ, *Deo, adscribit.* *Strabo* p. 570. B. Φρεάτων εὐπορεῖν, ἡ ταῖς Δαναΐσιν ἀνάπτουσιν — puteorum copia esse instructam, quos *Danai filiabus adscribunt.* τὴν σώματος ὑγειονίαν ἡ Φύσις ἀνῆψε κεφαλῇ in corpore principatum natura tribuit capiti. *Philo Iud.* p. 806. 4. non longe hinc diversum Χάριν ἀνάπτειν τινί, vel ut *Euripides* dixit, Χάριτας ἀνάψασθαι εἰς τινὰ accepitum alicui referre beneficium: de quo *Valck.* ap *Phoen.* p. 215.

2. τίς δὲν ἄλλος εἴη, πλὴν αὐτὸς ὁ σωτῆρ; olim

legebam τις δ' ἀν ἄλλος οὗτος εἰμι, vel δὲ δὲ τις ἀν
ἄλλος εἴη: necessarium tamen hoc non est. — Multi
autem inter veteres, et recentiorum etiam nou-
pauci, cùm Clemente nostro, Christum per Sam-
aritanum indicari censuerunt. *Augustinus* in ean-
dem plane sententiam, L. I. de doctr. Christ. §.
33. ubi, postquam dixisset, praecepto, quo ju-
bemur diligere proximum, etiam Sanctos Angelos
contineri, quippe a quibus maxima nobis miseri-
cordiae impenduntur officia, ita pergit: „Ex quo
et ipse Deus et Dominus noster proximum se nos-
trum dici voluit. Nam et se ipsum significat Do-
minus Iesus Christus opitulatum esse semivivo
iacenti in via afflito et relicto a latronibus”. Sic
et Chrysostomus, quamquam minus expresse, de
anathemate p. 692. C. D. verba digna sunt, quae
hic adscribam. βαβαὶ, inquit τοῦ θαύματος οὐχὶ ἵερα,
οὐ Λευτίν εἶπε πλησίου, (τὸν πλησίου) ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν
κατὰ τὸ δέγμα ἐκβεβλημένον ὑπὸ τῶν Ιουδαίων, τὸν Σαμα-
ρείτην Φημί, τὸν ἀλλότριον, τὸν πολλὰ βλασφημοῦντα,
ἐκεῖνον μόνον εἶπε πλησίου (τὸν πλησίου), ἐπειδὴν παρ'
αὐτῷ εὑρέθη τὸ ἔλεος. tum addit: ταῦτα τὰ βῆματα
τοῦ οἴου τοῦ θεοῦ, ταῦτα καὶ διὰ τῶν οἰκεῖων ἔργων ἐλλὰν
ἐπεδειξάτο, οὐχὶ ὑπὲρ Φίλων μόνου καὶ ιδίων ἀποθανόν,
'αλλ' ὑπὲρ ἔχθρων, ὑπὲρ τυράννων, ὑπὲρ γούτων, ὑπὲρ
μισεύτων, ὑπὲρ τῶν σαυρωσάντων. — Verum, cum
jīs, quae Noster hic habet, in primis conferendus
Theophylactus, qui in allegorica interpretatione
per singula eundo exponit etiam, quid sit τὸ ιδιον
κτῆνος, vel ὑποζύγου, quid πανδοχεῖον. Lusus sic
legimus amabiles, sed qui prorsus alieni sunt a
men.

mente Servatoris, qui legisperitum exemplo Sam-
aritani tantum docere voluit, amore erga proxi-
mum etiam, nullo sectae aut religionis discrimine
habito, praestandum esse.

3. Φόβοις, ἐπιθυμίαις, δρυγαῖς, λύπαις, ἀπάταις,
ἡδοναῖς. Stoici τὰ πάθη in quatuor genera distri-
buebant, ἐπιθυμίαν, Φόβον, λύπην, ἡδονὴν vid. not.
ad *Nostri Paedag.* L. I. C. 13. princ. p. 158.
legimus in hoc ipso libello §. 40. καὶ τὰ ἄλλα πάθη
σύντεμε, δργὴν, ἐπιθυμίαν, λύπην, Φόβον. apud Dio-
genes Chrysost. habemus Orat. I. de regno p. 3. D.
Ψυχὴν τεταράγμενην ὄφραῖς τε καὶ λύπαις, καὶ Φόβοις
καὶ ἡδοναῖς, καὶ παντοῖαις ἐπιθυμίαις. hic omnia, si
ab ἀπάταις discedas, quae hoc loco, ad eundem
modum in numerum magnorum antagonistarum
cum quibus ipsi luctandum fuisse, Diogenes apud
eundem p. 140. C. potissimum refert, δργήντε καὶ
λύπην, καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ Φόβον, καὶ ἡδονὴν. Basilius
Magnus T. III. p. 72. A. scribit, ἐπιθυμίαι καὶ
ὄφραι καὶ Φόβοι καὶ λύπαι, τὰ ιοβόλα τῆς ψυχῆς κα-
ὶ, κατευνασθεντα διὰ τὰς ἡσυχίας, καὶ μη ἐξαγρι-
ώμενα τῷ συνεχεῖ ἕρεμισμῷ, εὐκάταγαντερά τῷ δι-
νάμει τοῦ λόγου γίνεται.

4. — Ιητοῖς, ἐκκόπτων ὄφρην τὰ πάθη πρόβριξα.
Graviter et vere ita in laudem Optimi Maximi Ser-
vatoris. ἐκκόπτειν τὰ πάθη, ἐκκόπτειν ὄφρην τὰ πάθη,
ἐκκόπτειν ὄφρην τὰ πάθη πρόβριξα. hoc deinde expo-
nit, dicens τὴν ἀξίνην τὴν ἐαυτοῦ πρὸς τὰς βίζας τῆς
κακίας προσαγαγάνων. Elegans illud dicendi genus ἐκ-
κόπτειν τὰ πάθη πρόβριξα illustrarunt Magni viri,

Span-

Spanhem. in *Aristoph.* Ran. V. 595., *Wesseling.* et *Valcken.* ad *Herod.* p. 479. add. huius etiam *Adnot.* in *Eurip.* Hippol. p. 239. Noster, variato stilo, §. 39, ἄρδην ἐκριζώσαι τῆς ψυχῆς τὰ ἀμαρτήματα: T. I. p. 281, 10. ἄρδην τὴν ἀναίσχυντον ἥδονην ἐκκόπτεον. p. 309, 23. δι ἀν — ἄρδην ἐκκόπτεται κακία. p. 204, 6. ἀνωθεν τὴν Φλυαρίαν ἐκκόπτειν dixit, p. 294, 16. ἐκ βάθρων ἀνατρέψῃ τὴν ἐπιθυμίαν: et, ne plura congeram p. 157, 41. τὰς φίξας τῶν ἀλόγων ἐπικόπτειν ἐπιθυμίῶν.

5. ὁ τὸ ἐκ σπλάγχνων πατρὸς ἔλαιον προσενεγκάνων —. In prima editione legitur, ὁ τὸν ἐκ σπλάγχνων πρὸς ἔλεου προσενεγκάνων. *Caryophilus* vertit: qui oleum paternorum viscerum misericordiam attulit. Ad marginem, quod mireris, nihil notatum. *Combeffisius* duplicem hic facit emendationem: primo pro τὸν ἔλεον legit τὸ ἔλαιον, secundo πρὸς mutat in πνεύματος. de priore correctione nihil prorsus monet: ad posteriorem, haec scribit: „Indulsi mihi, ut quod crasso errore editum erat πρὸς, et *Caryoph.* breviatum πατρὸς legerat, mutarem πνεύματος“ quae ipsa breviata vox sic affinis, unius elementi brevi discrimine, ut gravi saepe mendo cum illa confundatur.” *Combeffisius* certe, quod et hic locus docet, a critica facultate et scientia parum paratus fuit: nihil enim certius, quam quod *Caryoph.* coniecit, legendum esse πατρὸς. hoc a librariis compendisfactum saepe in praepositionem πρὸς fuit mutatum. Vide *Valcken.* in *Eurip.* perd. dram. rel. p. 170. Exemplum addo ex *Libanio*

in *Orat.* ad *Iuvenes* T. II. p. 569. B. ubi νέος χρήματα παρά τοι προσλαμβάνων, ὡς τῷ σοφιστῇ καμῶν: versio habet, cum *Iuvenis* pecuniam a quo-piam accipit, ut eam ad Doctorem alluturus. a quo-piam, imo a patre. Scriperat *Liban.* παρὰ τοῦ πατρὸς λαμβάνων. Aliis locis, ut hoc obiter addam, πνεύματος pro πατρὸς legitur, quod πρὸς et πνος, compendiose scripta pro πατρὸς et πνεύματος, non raro fuerint confusa. In *Ignatii* epistola ad *Smyrnaeos* §. 13 legimus, Ἐρρωσθε μοι ἐν δυνάμει πνεύματος. in edit. *Cotel.* margini adscriptum πατρὸς, atque ita etiam ad epist. *interpol.* vetus Lat. *interpres*, *Valete mihi in virtute Patris.* atque hoc S. Martyris esse videtur. Ita certe in *Tatiani Orat.* ad *Graecos* §. 7. p. 21. ubi legimus, ὁ δὲ Λόγος — ἐγών πρωτότοκον τοῦ πνεύματος γνέται, pro τοῦ πνεύματος legendum τοῦ πατρὸς. vid. *Doctiss.* *Fronto Ducaeus.* — Praeterea σπλάγχνα πνεύματος locutio est, quam haud temere alibi apud hos scriptores reperias, in *Sacris* etiam literis nusquam obvia: hic habemus σπλάγχνα Ιητοῦ Χριστοῦ *Phil.* I. 8. et σπλάγχνα ἔλεous θεοῦ *Luc.* I. 78. — Porro parum abfuit, quin in tex-tum reciperem lectionem, quam *Caryophilus* in ver-sione expressit ὁ τὸ ἔλαιον τὸν ἐκ σπλάγχνων πατρὸς ἔλεον προσενέγκας. optime hoc respondet ad proxime antegressum, ὁ τὸν εἶναι τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου τῆς Δαβίδ. ἐκκέας. *Combeffisium* tamen hac ex parte secutus sum. τὸ ἔλαιον hic quidem abesse non pos-test. ἔλαιον et ἔλεος, quae eandem originem in mo-

bilitate et molitie sitam agnoscunt, affinitate quādam gaudent, et non raro permutantur. legimus, *Ps. 91: 10.* in ed. Cod. Rom. — καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἑλέω πίστι, sed in ed. Cod. Alexandr. — ἐν ἑλαιώ π., quae procul dubio vera est lectio. in τὸ ἑλαιον ἐν σπλαγχνων πατρὶς allusio etiam videtur. Clemens ad τὸν ἑλεον misericordiam, quae cordis et viscerum est, et nonnunquam etiam vocabulo ἑλαιον designatur: de hominibus duris, et qui misericordia non commoventur, proverbium terebatur apud Graecos, ἑλαιον οὐκ ἔνεστι ἐν ληκύῳ. vid. *Aristoph.* in *Avibus* v. 1588. ubi *Schol.* ἀντὶ τοῦ οὐκ ἑλεομέν, οὐ πειθόμενος. Ceterum de verbo ἐπιδαψιλεύεται, quod opportune hic adhibet, ad prolixam largitatem, qua illud oleum ad utilitatem nostram Dominus tribuit, designandam, copiose disseruit ὁ πάπας ad *Lucian.* T. I. p. 452. seq. Videbis ibi, *Philonem Iud.* hoc verbo in primis delectari; locis pluribus ex eo laudatis, addes, si placet, quod habet p. 533. B. vide et *Euseb.* *Praep. Euang.* p. 386. D.

6. ἐλύτρος ἐπιδείξας. Legebam ἀποδεῖξας. ἀποδεικνύεις, ut ἀποφίνειν, pro efficere, usu tritum. ἐπιδείξας. tamen prorsus damnare non ausim.

7. οὗτος δὲ διακονεῖν ἀγγέλους καὶ ἀρχὰς καὶ ἔρωτας, οὓς ἐπιτάξας ἐπὶ μεγάλῳ μισθῷ, διστι. — Ex prima editione pro ὑποτάξας, quod *Combeſſius* ceterique hic male habent, restitui ἐπιτάξας. — Exponit hic Clemens, quid allegorice significant quae in parabola spectant ad *Stabularium*. Neutiquam hic
con-

convenit inter veteres. *Theophylactus*, ut in ceteris, ita et hic a *Noſtro* totus diversus est. *Stabularius* nempe ex eius sententia ob oculos ponit omnem Apostolum, et doctorem ac pastorem, his Dominus dedit duos denarios, duo testamenta, vetus et novum: hos ipsis reliquit, in coelum ascendens. *de suo* multa insunt, multum laborantes, et semina doctrinae quaquaversum spargentes; pro his mercedem accipient Domino redditum in secundo adventu *cet.* Sic et alii. In prima editione ad verba διστι καὶ αὐτὸι margini adscripta legitur haec nota, „ Error Origenis de daemonibus salvandis per Christum damnatus in Quinta Synodo“. haec annotatio certe profecta ex illa ante capta opinione, hunc libellum patrem agnoscere Origenem, atque ex eo insuper, quod per ἄγγελους — intelligendi sunt mali angelii, tamquam de quibus solis dici potest, fore ut aliquando liberentur a vanitate mundi. Verum in utreque fallebatur annotationis auctor. De priori constat ex Praefat.: quod ad posterius attinet, ἄγγελοι, ἀρχαὶ, καὶ ἔρωτες ex ratione dicendi, qua utuntur Divini et hi scriptores, sunt boni angelii. vid. *Rom. VIII. 38.* ubi ex observatione *Marklandi* ad calcem edit *Eurip. Suppl.* p. 233. ἄγγελοι non sunt mali, ut vulgo putant, sed boni angelii; nisi malis ibi de angelis universe intelligere, de quo hic agendi non est locus: et in primis *I Petr. III: 22. conf. et Col. I: 16.* — Sancti angeli etiam soli dici posunt nobis ministrare. Fateor, de
iis

ils vix dici posse videtur, illos eo tempore, quo in gloriosam libertatem asserentur filii Dei, a vanitate mundi liberatum iri; et tamen non *Clemens* tantum, sed et inter patres (quos vulgus dicit,) alii nobilem locum, ad quem hic respicit Auctor, *Rom.* VIII: 19-22. ita de Bonis angelis interpretantur: nonnulli etiam, quod mireris, inter recentiores. Vid. Cl. *Joh. Marck.* in Sylloge Dis fert. Phil. Theol. ad selectos quosdam textus N. T. Exercit. XVIII. §. 3., et *Io-Christ. Wolf.* in Cur. Philolog. — In citatum Pauli locum nonnulla hic etiam notavit *Combeſſius*. Ceterum quae de ministerio, quod ipsis delegatum hominibus in primis praestent *Angeli*, ex *Barnaba*, *Hermae pastore*, *Iustino Martyre*, aliisque veterum facile, hic addere possem, cum ad manum sint, prudens praetereo. — Obiter notandum, quod sequitur, egregium de vera Christi divinitate testimonium, τοῦτον οὐν ἀγαπᾶν Ισα χρή τῷ θεῷ.

§. 33.

1. τιμῶν καὶ περιέπων. egregie haec iungit, περιέπειν aspectari. sic *Dio Chrys.* p. 193. D. de noctua - σταύ δῆποτε φίλεγχται λυτηρὸν καὶ σύδαικος ήδον, περιέπουσι: atque hinc observare, in honore habere, amore complecti. Vid. *Xenoph. Memorab.* II. 9. 5., *Max Tyr.* p. 305. Herodoto in primis familiare est. plura si desideres, adi. *Hemſterh.* in Obs. *Miscell.* V. III. p. 407, *Ruhnken.* ad *Timaei Lex.*

Lex. Plat. p. 216, 217. (ed. postrem) et quos laudat, *Leopardus* et *Valkenarius*.

2. ὁ γὰρ ἐν τις εἰς μαθητὴν ἐργάσηται, τοῦτο εἰς ξυτὸν ὁ κύριος ἐκδέχεται —. Egregie *Chrysostomus*. Paupertatem ait esse quandam personam, seu larvam, sub qua latitet Deus ipse, atque oculatur, et, dum mendicus manum extendit, Deum ipsum accipere eleemosynam. Hoc et plura praelclare in hanc sententiam a Magno doctore dicta, ad illud *Salviani Massil.*, *Christus est, qui in omnium pauperum universitate mendicet*, dedit Cl. *Conr. Rittershusius* Comm. ad *Salvianum* p. 165: conf. ib. p. 152. princ., add. et *Gregor. Nazianz.* T. I. p. 660. C. D:

3. ἐδίψοσα καὶ ἐδάκνατε μοι πιεῖν — γυμνὸς ἡμέρας ἔνεδύσατε με. Quod haud semel iam in hoc ipso libello observavimus, sic et *Clemens* hoc loco non ipsa Domini Iesu verba nobis annumerat, sed iustum eorum sententiam: verba sunt Cl. *Wesselhingii* in epist. ad V. C. H. *Venemam* p. 30. ubi de hoc genere plura. Scriptores utriusque linguae ita etiam aliquando aliorum scriptorum verba laudi, sola memoria nixi. Ex *Iustino* autem *Martyre* aliisque veteris ecclesiae doctoribus hic plura proferri possent exempla. Vetus ex Nostro non nulla tantum dabo. vid. T. I. p. 72, 6. p. 85, 6. seqq. p. 345, 15. — p. 46¹, 28 et not. p. 465, 28. et, ne plura congeram, p. 467, 19. ut hic, ἐδίψοσα καὶ ἐδάκνατε μοι πιεῖν. laudat et hunc locum p. 536, 25. ubi, ut apud *Math.* καὶ ἐπο-

τίσατέ με: atque etiam γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με: at in primis verbis Ἐπένατα, καὶ ἔχορτάσατέ με. — Porro, pro πότε δέ σε εἶδομεν ἀσθενῆ, οὐ ἐν Φυλακῇ, καὶ ἡλομεν πρός σε, apud Matth. hic, οὐ πότε σε εἶδομεν ἀσθενοῦντα καὶ ἐπεκεφάμενα; οὐ ἐν Φυλακῇ καὶ ἡλομεν πρός σε; sequitur καὶ ἀποκρίθεις apud Matth., quod etiam habet edit. Combefisi et Posteri, sed καὶ in prima, Felli et Itigii edit. non legitur. Laudatur quoque insignis hic locus in Constat. Apost. L. V. C. 1. ubi nonnulla in hanc rem. Com. 36. ibi legitur ἀσθενῆς ἡμῖν, καὶ ἡλετε πρός με, sed culpa librarii intermedia, καὶ ἐπεσκέψασθέ με ἐν Φυλακῇ ἡμῖν, ibi sunt omisla. spectabat quoque hunc locum Auctor epistolae, Clementi falso adscriptae, ad Iacobum §. 9., ubi Cotelarius pro ἐπιθερόμενοι recte legit ἐπιθαινόμενοι. Ignatius de Gnosticis, qui nullo alienae misericordiae sensu tangebantur, in Epist. ad Smyrnaeos §. 6. περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ δραφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου οὐ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος οὐ διψῶντος.

§. 31.

1. τέκνα καὶ παιδία, καὶ νήπια —. De appellatione τῶν παιδίων hoc quidem sensu agit Clement Paedag. L. I. C. 5. p. 104. seqq. Christianos, oppositos Iudeis συλληροκαρδίοις, νηπίοις dicit p. 307, 36. porro videmus hic, quomodo τοὺς μηκροὺς intelligat Matth. XVIII. 10., et quam ob caus

ētissam ita dicantur. Hunc locum etiam ante oculos habebat p. 701, 9. tibi μικροὺς non tantum, sed et ἑλωξίσους vocat: obversabatur tūm illi etiam locus, quem hic paulo post laudat ex Matth. XI: 11. denique legis hic iam non διπάντος, sed διὰ παντὸς, et in loco Lucae hic laudato, C. XII: 32. non εὐδόκησεν, sed ἡνδόκησεν, ex prima editione. παραδοῦναι pro δοῦναι varians videri possit lectio; sed plurima loca etiam hic mémoriter laudat. argumento sit quoque locus, qui sequitur, Matth. X: 41, 42.

2. Φύσει μὲν ἄπαται κτήσιν, οὐ διπάντος τις ἐφ' ἔκατον κέκτηται, οὐκ ἴδιαν οὐσίαν ἀποφανών. In prima edit. operarum vitio pro ἐφ' ἔκατον legitur ἐφ' τοῦ. Verum in Cod., ex quo haec edit. expressa, non legebatur εὖ ιδίᾳ, sed ὡς ιδίᾳ: particula tamen negativa hic omnino requiritur: hinc in margine notatum. „, Videtur leg. οὐκ ιδίᾳ” quod adeo Combef. ceterique dederunt. ὡς pro οὐκ itaque a librario scriptum: at magis probabile videtur, Clementem scripsisse ὡς οὐκ ιδίᾳ οὐσίαν, sic ut οὐκ a descriptore praetermissum sit, quod saepius factum, ut ad §. 39. videbimus. Particula autem ὡς eum saepe locum tenet, quem sine orationis detimento facile relinquere queat. vid. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 394. — ἐφ' ἔκατον Caryoph. exponit ex se, Combefisius ceterique habent penes se. Malim solus, seorsim, diversum ab aliorum possessione. Plutarchus T. I. in Eumenē p. 583. C. ὡς καὶ σρατηγὸς ἀποσαλῆναι κατὰ

τὸν Ἰνδικὸν ἐφ' ἔκποτον μετὰ δυνάμεως, ut et dux in Indianum solus cum exercitu mitteretur. Sic dicunt ἐφ' ἔκποτον εἶναι, διεῖν et similia. Nonnulla notavit Valcken. ad Herodot. p. 63. Ceterum his verbis Auctor docet, quomodo bona, quae tamquam sua sibi singoli habent, ab optimo Servatore διαμμωθεῖσαι, τῆς ἀδικίας dici possint; intuitu nempe iuris naturalis et primae rerum originis. Jure naturae et ab initio omnia, ut Iustinus ait, communia et indivisa omnibus erant, veluti unum cunctis patrimonium esset. conf. hic Ill. Grotius de I. B. et P. L. II. C. 2. §. 1. seq. In rerum igitur proprietate videtur esse quedam ἀδικία, cum proprietas in universum absorberit ius, quod ex rerum communia statu nascebatur. Ita Clemens: alii aliter: sed de eo hic non est agendī locus.

3. ὡς οὐκ ἀπαιτεῖσθαι σε κεκλευκεν, οὐδὲ ἐνοχλεῖσθαι, περιμένειν, ἀλλ' αὐτὸν ζητεῖν εὑρισκόμενους. — Περιμένειν videtur non tantum referendum ad ἐνοχλεῖσθαι, sed etiam ad ἀπαιτεῖσθαι. ita certe in fine huius articuli μηδ' ἀπαιτεῖσθαι περιμένειν, ἀλλ' αὐτὸς ἀναζητεῖν, οὗτος δέξιος εὑρισκεῖν. Est igitur, non iussisse ut exspectes, dum a te efflagitent, aut tibi importuni sint, sive tibi molestiam facescant. Egregie iunctum ἀπαιτεῖσθαι et ἐνοχλεῖσθαι. loco citato dicit αἴτεῖσθαι, quia praecedit παντὶ τῷ αἴτοντι σε δίδου. differunt αἴτεῖν et ἀπαιτεῖν. αἴτεῖν petere, quod gratiae apponatur acceptum. ἀπαιτεῖν repetrere quod sibi debeatur, vehementius petere, flagitare, ab invito etiam, per vim quodammodo extorquere

tam*

tamquam debitum. vid. Casaub. ad Theophr. Charact. C XI. conf. et locus, cuius partem Clemens hic laudavit, Luc. VI. 30. ubi ita utrumque verbum. Ceterum, qui Hermae pastorem summo opere admirabatur, et non pauca ex eo in suos usus derivavit Clemens, illud ἀυτὸν ζητεῖν τοῦ εὑρισκόμενου, quod deinde dicit ἀυτὸν ἀναζητεῖν, οὗτος δέξιος εὑρισκεῖν, huic e iam debet, apud quem annus magistra, ecclesia L. I. vif. 3ta. §. 9. , Audite me ergo filii. — Abundantius etiam impertite gentibus. — Qui eminentiores estis, inquirite esurientes, dum adhuc turris non est consummata.” Atque ita etiam, illud Apostoli Tit. III. 8. ἵνα φροντίζωτε καλῶν ἐργῶν προσασθεῖτε, exposuit Theophylactus. Ad rem quod attinet, saepe fit, ut probi homines penuria laborantes in obscurō lateant, sedulo igitur, ut ipsis bene facias, a te investigandi.

4. καὶ μὴ Φειδόμενον, ὡς σπειρούτα, ἵνα μὴ οὖτε καὶ βερίσῃ. ita prima editio; in margine legimus „, Vi„, detur abundare μὴ”. Caryoph. ita etiam in versione, et non parce seminet, ut similiter et metat. Assentitur Combefisis, qui idcirco μὴ in sua edit. omisit, atque ita, ut solent, ceteri. Scribebat aliquando ad me Cl. Valcken. olim se suspicatum fuisse, in ἵνα μὴ οὖτε καὶ βερίσῃ, et scripsisse Clementem, ἵνα ἀμήτη πολὺ. Est egregia conjectura potest tamen lectio MS. servari, ita ut Auctor scriperit, καὶ μὴ Φειδόμενος σπειρούτα, (sic enim legendum videtur) ἵνα μὴ οὖτε καὶ βερίσῃ, ne ita etiam, id est parce, metat.

En locum, quem respexit, Apostoli 2 Cor. IX: 6. δὸς σπεραν Φειδομένως, Φειδομένως καὶ θερίτει. Ceterum in eandem mentem saepe veteres. Basilius M. T. II. p. 45. D. post plura, ἔδωκες τῷ πεινῶντι, καὶ σὸν γίνεται τὸ δόλεν μετὰ προσθήκης ἐπανελθὼν. ὥσπερ γάρ ἐστιος εἰς τὴν γῆν πεσών, κέρδος τῷ προεμένῳ γίνεται, οὕτω δὲ ἀρτος εἰς τὸν πεινῶντα καταβληθεὶς πολύχον τὴν ὠφέλειαν εἰς ὑπερον ἀγαθόδασιν. Cyprianus de redēmitione captivorum p. 321. (ed. Mor. a 1564) ut offerretis nobis agros uberes, in quibus spei nostrae semina mitteremus, exspectaturi messem de amplissimis fructibus, qui de coelesti et salutari operatione proveniunt. Sic et alii.

5. δίχα γογγυσμοῦ καὶ διακρίσεως, καὶ λύπης, καὶ κοινωνῶντα, ὅπερ ἐστιν εὐεργεσία καθαρὰ. Hic etiam respicit 2 Cor. IX: 7. Ἐκαστος καθάδις προσφεῖται τῇ καρδίᾳ. μὴ ἐκ λύπης, η ἐξ ἀνάγκης. Barnabas in Epistola sua ita post plura § 19. Κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλήσιον σου, οὐκ ἐρεῖς ίδιας ἐι γάρ ἐν τοῖς ἀφθαρτοῖς κοινῶνοι ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς; et paulo post. οὐ διστάσεις δουναι, οὐδὲ δίδοντα γογγύσεις. Obiter hic tollatur levis menda. pro διὰ λόγου σκοπιῶν legatur d. λ. κοπιῶν, quod exponit per seqq. καὶ πορεύμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ. tum addit: καὶ διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ. — Porro καὶ ante κοινωνῶντα hic expungendum et legendum, δίχα γογγυσμοῦ καὶ διακρίσεως καὶ λύπης κοινωνῶντα. — In prima editione legitur, ὅπερ ἐστιν εὐεργεσία καθά. ad marginem notatum, „Videtur ex antecedentibus leg. καὶ”

Δῆ

λῆ” quae coniectura haud sane contemnenda; nec iusta suberat causa, cur Combefisius ἀγαθὴ substitueret. Sed mihi Clemens omnino videtur scriptisse καθαρὰ καθαρὸς merus, purus, sincerus eadem ratione, qua εἰλικρινὴ usurpatur. vid. Cl. Ruhnken. Animadv. in Xenoph. Memor. p. 228. Philo Iud. opp. T. II. p. 190, 3. dixit ἀδολον καὶ καθαρὰν ἐντέβειαν, qui et saepius haec duo iungit, ut docuit Th. Mangey in Praeterm. et Corr. p. 683 ad p. 91. Noster T. I. p. 167. Ἀγάπη χρῆμα καθαρὸν, καὶ τοῦ θεοῦ ἄξιον, res pura. p. 286, 29. est dixitα καθαρὰ καὶ ἀμιγῆς ἀιτιχροτες vitae ratio pura et turpis non mixta. ita et Heliodorus p. 209, 27. ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν τὸ χαῖρον in hoc libello iungitur, §. 18. fine ὑπακοὴ θεοῦ καὶ καθαρότης, et legitur, §. 38. μετάνοια καθαρά, quam §. 39. ἀληθινὴ dicit. S. Iacobus Ep. C. I: 27. θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμιγεῖς. Sic igitur et hic εὐεργεσία καθαρὰ beneficentia germana, pura. — Quemadmodum aliis locis, ita et hic Combefisius suam in textum induxit coniecutram: verum, cum satis in aperto positum sit, Clementem non ἀγαθὴ, quod in cunctis iam legitur editionibus, sed καθαρὰ scriptisse, meam hanc emendationem illius loco recipere nullus dubitavi.

6. παντὶ τῷ αἰτοῦντι σε δίδου. Laudat et hoc Barnabas in Ep. §. 19. p. 52. (ed. Cotel.) ubi vid. not. — pro proximo Φιλοδωρέκ Suidas habet Φιλοδωρία a Φιλοδωρος. ita et Lucianus T. I. p. 557, 14. Ceterum observetur, ad illud θεοῦ — id significare, eius modi benignitate et munificentia nos

ad divinam conformari imaginem. ita Noster et p. 483, 15. τῷ ὅντι εἰκὼν τοῦ θεοῦ ἀνθρώπου εὑρεγέτων. vid. et v. 31. seqq., ubi pro τῷ γὰρ καὶ εἰκ. — leg. τῷ γ. —

7. ὑπὲρ ἄπασδν ἐσι Θεότητα. Ita prima editio, et sic procul dubio scripsit Clemens, offendit viros Doctos illud Θεότητα. in margine principis ed. scriptum legitur 15. τελεότητα, atque ita et vertit Caryoph., superat omnem perfectionem. receperunt hoc omnes in textum, excepto Combefisio, qui Θεότητα reuinuit. Cotelerius Monument. Eccl. Gr. T. II. p. 556. emendat ὑπότητα, hoc sensu: *Doctrina haec omnem superat naturam mortalem.* Verum Θεότητα omnino postulat series orationis. dixerat, θεοῦ ὄντας ἡ τοιαύτη Φιλοδερία, sicut Ignatius scripsit in Epist. ad Ephes. §. 14. τὸ δὲ δόντοντος εἰς τὴν ἁγάπην ἐν ἔνθητη γενόμενα, θεοῦ ἐσιν. verborum θεοῦ ἐσιν sensum bene explicuit Interpolator per θεοῦ ἀνθρώπου ἀποτελεῖ. Iam pergit, οὗτοι δὲ διάλογος ὑπὲρ ἄπασδν ἐσι Θεότητα, μηδ αἵτεσθαι περιμένειν: — hoc non modo θεοῦ est, sed et omnem Θεότητα superat. Observandum est, Clementem, aliosque veteris ecclesiae Doctores pios homines crebro dixisse θεοῦ: cuius appellationis causam praeter alios nobis exponit Athanasius de Definitionibus T. II. p. 43. fine. δισσές, inquit, λέγεται ἡ θεος προσηγόρια παρὰ τῇ θεᾳ γραφῇ, Φύσει καὶ χάριτι. διὰ μὲν θεοῦ Φύσει καὶ σύστατη θεος· χάριτι δὲ καὶ θεοῖς λέγονται θεοὶ καὶ διναιοι. καὶ γὰρ ἡ γραφὴ λέγει ἐγώ εἰπα, Θεοὶ ἐσει, καὶ νιοὶ ὑψίσου. hinc et de his ipsis hominibus fre-

quen-

querter usurpatum reperias θεοῦσθαι, ἀποθεοῦσθαι, θεοποιεῖσθαι. vid. Suiceri thesaur. Eccles. ad has voces, in primis p. 1382, 1383. in v. θεος, et quem ibi laudat, Casaubonus. Noster ita p. 251, 18. seq. p. 484, 24. , et pluribus locis, quae adscripta sunt ad T. I. p. 88. N°. 7. ubi videbis, Platonem et ita locutum: atque ita etiam apud Stoicos reperias. verum de his legenda observatio cl. Mosheimii ad R. Cudworthi Syll. intellect. p. 251.

§ 32.

1. τηλικῶτον μισθὸν ὄριται τῆς κοινωνίας, ἀνόνια σκηνὴν. Julianus in Fragmento, in quo plura commendat, quae ex Sacris Literis derivavit, velut fas sanctumque esse hostibus ipsis vestes et alimenta largiri, atque alia haec de se scribit p. 290, C ἐγώ τοι πολλάκις τοῖς δεομένοις προσέμενος, ἐκτησάμην αὐτὰ παρ' αὐτῶν (παρὰ τῶν θεῶν) πολλαπλάσια. lege et sequentia. Noster p. 483, 15, loco supra ad §. 31. laudato: τῷ ὅντι εἰκὼν τοῦ θεοῦ ἀνθρώπου εὑρεγέτων ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς εὑρεγέται ὥσπερ γὰρ δικιερνήτης, ἀλλα σάζει καὶ σώζεται. Haec spectant ad presentem vitam, sed ad futuram, de qua hic Auctor, praeclara sunt, quae scribit Basil. M. T. II. p. 46. A. E. (lege et p. 45.) ubi inter alia haec: καὶ σὺ μηκοπρεπής εἶ περὶ τὰς δατάνας, τηλικάύτης μέλλων ἐπιβῆσθαι δόξης; θεος ἐσει διὰ πολεμόμενος, ἀγγελοι εὐφυκοῦντες· εἰ διπλακίσθαις ἀνθρώποι μακαρίζοντες· δόξη

S 5

ἀπ-

ἀιῶνιος· σέφανος δικαιοσύνης· βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλα σοι ἔσται τῆς τῶν Φθαρτῶν τούτων οἰκουμονᾶς.

2. πλεῦσον ἐπὶ ταύτην, ἀν σωφρονῆς, τὴν πανήγυριν ὡ πλούσιε —. At liberalitas gratuita est, non mercenaria, ut scribit Cicero L. I. de Legg. C. 18. Verum Deus tanta est benignitate, ut liberalitatem nostram sempiternis proemiis remunerari haud dignetur; quae itaque spectare ei ad quae consequenda nullis periculis, nullis laboribus, ut deinde monet Clemens, parcere oportet. — Mare navigantes ut plurimum sunt miseri, quod praeter alios Sophocles in Scyriis olim docuit; vid. Stobaeus p. 376, 28 seqq., ubi, quamvis Cl. Brunck. ad calcem Vol. II. operum Sopheclis, in Fragmentis, p. 29. λεπτῆς ἐπὶ ῥωπῆσιν probet, equidem malim λ. ἐπὶ ῥωπῆσιν. ῥιπαὶ ἀνέμων apud Plutarchum aliasque, ipsum etiam Sophoclem in Antig. v. 137. obvium. λεπταὶ ῥιπαὶ, licet alio sensu, legitur in Aeschylī Agamemn. V. 901. Sed haec, de qua Clemens. loquitur, navigatio nos felices beatosque reddit. Clemens qui dicitur, Romanus, Epist. II. C. VII. haud secus ac Noster, ὡς εὐώμεν, vel θέωμεν τὴν δὲν τὴν εὔθεταν, τὸν ἄγαντα τὸν ἄΦθαρτον (respicit ad Heb. XII: 1.) καὶ πολλοὶ εἰς αὐτὸν καταπλεύσαμεν — Si igitur sapiimus, ad celebrem illum mercatum, dum hanc vitam agimus, navigabimus: id enim est πλεῦσαι ἐπὶ ταύτην τὴν πανήγυριν. vita humana πανηγύρει mercatui variis studiis celebrato haud raro comparatur. Vid. Hemst. ad Lucian. T. I. p. 434. at hic studia non sunt

sunt diversa: rem vero differre et procrastinare periculose plenum est aleae. Gregor. Nazianz. hac de re T. I. p. 654. B. δεινὸν παρελθεῖν πανήγυριν, καὶ τηνικαῦτα τὴν πραγματείαν ἐπιζητεῖν miserum est, cum mercatus praeterierit, tum demum negotiationem querere. in eandem mentem Basili. magn. T. II. p. 60. C. οὐδεὶς μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν πανήγυριν πραγματεύεται, nemo solitus nundinis negotiatur: lege cetera. Chrysostom. illuminans eximium locum Hebr. XII. 22, 23. Cubi, et recte legit μυρίσιν ἀγγέλων πανηγύρει, T. I. p. 493, 494. docet primum, quid faciat πανήγυριν, nimirum multitudo, coetus et rerum venalium copia. tum pergit, scribens καὶ τὸ τούτων ἐσὶν ἐν τοῖς οὐρχοῖς; τούτων μὲν οὐδὲν τὰ δὲ τούτων πολλῷ σεμνότερα. quod pluribus ita persequitur, ut in his exultet et triumphet oratio. Locus est longior, sed egregius et lectū dignissimus.

3. περιελθε τὴν ὅλην. In prima editione sic legitur. in margine notatur ἵστορα τὴν Θάλασσαν ὅλην, et verit Caryoph. totum circumeras mare. nimirum praecedit πλεῦσον ἐπὶ ταύτην τὴν πανήγυριν: malim tamen tum subintelligere γῆν, τὴν ὅλην γῆν. non raro hoc reticetur. at potius hic cum Combeffiso legerim γῆν pro τὴν, quod et ceteri amplexi. Saepe haec inter se permiscentur. de navigationibus etiam Persius Sat. V, 146. Tun' mare transfilias? et in primis Sat. V, 75 — mercare, atque excute Sollers omne latus mundi.

4. τὸ σε λίθοι διαφανεῖς καὶ σμαραγδοὶ τοσοῦτον εἰν φραζ-

Φρανσιστ., καὶ οἰκεῖα — *Hermae pastor L. III.* Si milit. 1 p. 103. princ., ita ad Domini servos, quorum civitas est in coelis, et qui hic tanquam perigrini versantur: τί εἰς τὴν ἀλλότριαν (πόλιν) ἔτοιμάζομεν ἀγρούς, καὶ οἰκοδομάς, καὶ οἰκήματα μάταια, καὶ παρατάξεις πολυτελεῖς; cest. *Basilicus M. T. II.* p. 58. Ε τί τοσοῦτον (ἀνθρώπε) ἐπτότηται περὶ τὸν χρυσόν; λίθος ἐσὶν ὁ χρυσός, λίθος ἄργυρος, λίθος ὁ μαργαρίτης, λίθος λίθων ἔκαστος. Χρυσόθιουν, καὶ βιρύλλιουν, καὶ ἡχάτης, καὶ δάκρυθιος, καὶ ἴασπις. Egregius in primis et opportunitus hic est locus *Musonii* apud *Stobaeum* p. 18, 24 — τί δ' αἱ περίσυλοι αὐλαὶ; τί δὲ αἱ ποικίλαι χρυσεῖς; (sic enim, ut etiam in margine notatur, legendum pro χρυσεῖς) τί δ' αἱ χρυσόφροι σέγαι; τί δ' αἱ πολυτελεῖαι τῶν λίθων; — et paulo post, καὶ τοι πότῳ μὲν εὐκλεῖστερον; τοῦ πολυτελῆς οἰκεῖν τὸ πολλοὺς εὑεργετεῖν; πότῳ δὲ καλοκαγαθικότερον τοῦ ἀναλίτικεν εἰς ἔύλα καὶ λίθους, τὸ εἰς ἀνθρώπους ἀναλίτικεν; πότῳ δὲ ὥφελιμότερον, τοῦ περιβεβλῆσθαι μεγάλην οἰκεῖν τὸ κεκτήσθαι φίλους πολλούς; ὁ περιγνωται τῷ προβύμως εὑεργετοῦντι. — Porro, in prima editione legitur οἰκεῖα quod hic expressum vides; atque ita et *Fellus* et *Ittigius*: *Combebis*. autem et *Potterus* οἰκεῖα habent. non rara utriusvis confusio. vid. *Rhodom.* et *Wessel.* ad *Diod. Sic.* L. II. C. 3. Interpretes ad *Lucian.* T. III. p. 339. *Wolfius* ad *Liban.* Epist. 63. et 425. Hic locis pro vulgato οἰκεῖα recte restitutum οἰκεῖα, atque hoc et *Digni Cassio L. LVIII. C. 26,* reddendum, ut be-

ne in noviss. ed. observatum: est ipsi hoc familiare. Legimus in *Philonem Iud.* T. I. p. 87, 5 ἡ πόλις οἰκεῖα τῶν σοφῶν, ἡ ἀρετὴ. deinde v. 14. ἀπολις καὶ ἀστος ὁ Φαῦλος, v. 17. οὐ πέφυκεν ἡ τῶν παθῶν θεραπευτικὴ ονκία τὴν ἀρετῆς πόλιν οἰκεῖν, v. 20. δέ γε σοφίας μετὸς Ιακὼβ καὶ πολίτης ἐσὶ καὶ οἰκεῖαν τὴν ἀρετὴν κατοικεῖ. (*Mangeius* ibi edidit οἰκίαν, sed verum puto οἰκεῖαν, quod ante editi habebant, ob superius illud οἰκεῖα τ. σ.) in fine p. 88, 7. — scribit, Διὰ μὲν δὴ τούτων ἐπιδέδειται, πᾶς ὁ μὲν Φαῦλος ἀπολις τέ ἐσι καὶ ἀστος, Φυγὰς ἀρετῆς ἄν. δὲ σπουδαῖος καὶ πόλιν ἔχειν, καὶ οἰκου σοφίαν κεκλήρωται. Haec, in primis ultima, efficiunt, ut existimem, *Philonem* in primo, quem laudabam, loco, scripsisse ἡ πόλις καὶ οἰκεῖα τῶν σοφῶν ἡ ἀρετὴ civitas et domus sapientum propria est ipsa virtus. plura non addo praeter hoc unum *Aristidis* T. I. p. 89. in fine, εἰς οἰκεῖαν σοβῆναι *Salvum domum redire.* Ex adverso apud *Nostrum* T. I. p. 440, 17. pro ἐν οἰκείᾳ. *Florent.* editionis recte legitur ἐν οἰκείᾳ. vid. *Sylb.* — Elegans est, quod sequitur ἡ χρέους παίγνιον, ἡ σεισμοῦ πάρεργον. — παίγνιον vel παιδιάν ποιεῖσθαι *Iudum* ſibi facere, *Iudibrio habere.* *Basil.* M. T. I. p. 329. Ε ὡς ἀνθρώπος παίγνια ποιεῖται τῶν θηρίων τὰ χαλεπάτατα; *Heliodor.* L. VI. p. 284, 12. εἰ μὲν ἀληθεύει, ἡ παιδιάν με πεπάνται. idem p. 268, 34. hoc χλεύην ποιεῖσθαι dixit. p. 209, 13. utrumque iunxit, ἐπαιχε δὲ ἀρα τι τὸν Κυνήμωνα δαιμόνιον, δὲ καὶ τὰ ἄλλα χλεύην ὡς ἐπίπτη τὰ ἀνθρώπεια καὶ παιδιάν

πεποίηται. notavit hunc locum *Hemsterh* ad illud *Luciani* in, *Nigrino* p. 58, 40. *μαρτυρουμένης τῆς τύχης παιζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα.* *Aristoteli* apud *Stobaeum.* p. 533, 44. homo est τύχης παιγνιον. Paulum diverso sensu *Plato* hominem dixit θεοῦ τι παιγνιον. vid. ad *Nostrum Strom.* L. VII. C. 5. p. 845. Apprime autem hic convenit locus *Gregorii Nazianzeni.* T. I. p. 503. B. ubi eleganter pulchritudinem dicit χρόνον καὶ νόσον παιγνιον. — deinde σεισμοῦ πάρεργον non minus egregium. *Herculis πάρεργα,* satis nota, etiam dicta πάρεργα, ut monuit *Magnus H. Vales.* in *Excerpta ex Nic. Dam.* p. 67. de artificum, in primis Pictorum, παρέργοις notavit. Cl. *Periz.* ad *Ael. V. H.* II. 44. de quibus etiam monuit *Dorvil.* in *Charit.* p. 579; ubi plura, quae docent, omne opus obiter, sine cura. Iudendo quasi et post magis difficile negotium peractum, πάρεργον dici. Alia ad manum sunt ex *Sophocle, Euripide,* aliis, sed pluribus parco, unum tantum exemplis, a Cel. *Dorvilio* ex *Eusebio* laudatis, hoc addens ex *Pausania* in *Phocicis* p. 845. ubi dicit, senem decrepitum *Priamum* robusto iuveni *Neoptolemo* fuisse πάρεργον, tanquam qui ab ipso sine negotio et obiter occisus est.

5. ἐκεῖ δι' ὄλων ἀἰώνων σύνεισον σε παιδετῷ. Ex prima edit. hic etiam σε habet *Combeſiſ.*, ceterim male σου. πᾶς et ὄλος non raro, ut a *Polybio*, iunguntur: permuntantur etiam, ut pluribus docuit Cl. *Schraderus Anim.* in *Musaeum C. XIX.* p. 336.
pos.

posit itaque δι' ὄλων ἀἰώνων existimari dicūm esse pro διὰ πάντων ἀἰώνων, atque hoc idem esse, ac εἰς πάντας τοὺς αἰώνας, quod S. *Iudas* dixit in fine epistolae. Verum his non opus est. Quemadmodum dicitur δι' ἡμέρας pro δι' ἡμέρας ὅλης per totum diem, et διὰ βιου, δι' ἑναυτοῦ, δι' ἔτους, intellecto ὄλων, quem usum post *Casaubonum* notavit. *Valckenar.* ad *Herodot.* p. 443, 47., sic *Clemens* hic plene dixit δι' ὄλων ἀἰώνων. — Mox pro λάβης, quod est in prima edit. cum *Combeſiſ* ceterisque dedi λάβη, quod series orationis postulat. — Deinde post ἀγωνίσσον ex principe edit, revocari comma, et in proximis οὐτε η ἀγάπη, οὐτε η καρτερία pro οὐδὲ — οὐδὲ — .

§. 33.

1. δόστω γὰρ οὐ μόνον τοῖς φίλοις, ἀλλὰ — *Clemens* hic et in sequentibus ante oculos habuit *Hermae* sui pastorem. hic L. II. mand. 2d^o prius monet de fugienda obrectatione, et delatoribus fratrum fidem non esse habendam, serio inculcat; tum pergit, scribens, *Et benefac de laboribus tuis.* *Omnibus inopibus da simpliciter, nihil dubitans cui des.* *Omnibus da.* Qui ergo accipiunt, reddent rationem Deo, quare acceperunt, et ad quid. Qui autem accipiunt facta necessitate, reddent rationem; qui autem dat, innocens erit. *Sicut enim accepit a Domino, ministerium consummavit, nihil dubitando cui daret, et cui non daret; et fecit hoc*

hoc ministerium simpliciter gloriose ad Deum. addit. L. III. Simil. nona §. 24. ubi simplices et boni describuntur, tanquam qui semper in omnes homines ad faciendam misericordiam prompti sunt, et de laboribus suis cunctis hominibus facile tribuentes, sine improperio et deliberatione. conf. et locus Barnabae citatus ad §. 31. No. 5, et Iuliani ad §. 32. No. 1. In primis hic lectu digna, quae habent Constitut. Apost. L. III. C. 4. ubi inter alia πάντας σε δεῖ ἐφορᾶν, καὶ πάντων ἐπιμελεῖσθαι: porro χρὴ εὖ ποιεῖν πάντας ἀνθρώπους, μὴ Φίλοις γενούντες τοῦτον, οἵτις ἡ, ἣ ἔκεινον: δὲ γὰρ Κύριος Φίλοις πάντι τῷ αἰτοῦντι σε δίδου. δῆλον δὲ ὡς τῷ χρήσοντι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ Φίλος ἡ καὶ ἐκθρὸς. lege cetera, in quibus hoc et ex aliis S. S. locis adfirmat. Certe in Sacris literis virtus liberalitatis pauperibus, Christi quidem maxime sectatoribus, sed et aliis praefundandæ summo opere commendatur: ita tamen, ut non expresse significetur, quibus nominati pauperibus debeatur hoc officium. Atque hoc sapienter factum. Habemus praecpta hic egregia, quale etiam legitur Gal. VI: 10: accedunt luculentissima Dei Christique exempla Matth. V: 44-48., et Act. X: 38. Haec si sequamur, et rectrix adsit, vera prudentia, non temere a recta via deflectemus. Praeclara etiam hic et in sequentibus sunt consilia et monita Auctoris.

2. ὡς ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ τῆς ἀγνοίας. legebam hic olim τῆς γνώμης pro τῆς ἀγνοίας. Sic apud Alciph. L. I. Ep. 8. in fine, ex Cod. Dovvili (vid. Anim.

in *Charit.* p. 419.), ἀποκόπτειν γὰρ εἴωθε γνώμης ἡ τῶν Φίλων συμβουλὴ τὸ ἀμφιβόλον. Cum autem recte etiam dici possit τὸ ἀμφιβόλον τῆς ἀγνοίας, hoc, licet illud usitatus sit, non repudiaverim.

3. τιμῶν. Non placet iunctum ἀμελῆσαι τιμῶν, nec fero ὅτι — ἀμελῆσαι τιμῶν. Plura hic in mentem venerunt, sed quorum nihil arridebat. Simplicissimum videtur illud *Potteri*, τινῶν pro τιμῶν: quod parum absuit, quin in textum reciparem, quemadmodum τοξο factum in προίσθαι, quod *Combeſſius* recte dedit, atque hinc ceteri, pro προστίθαι, quod praebet princeps editio. margo habet το. προστίθεσθαι, sed praestat προτίθεσθαι. πρὸ et πρὸς saepissime permisceri, nemini non notum, et alibi iam observatum. *Lucianus* in *Timone* § 12. in fine dixit ἀμελητὴ προτίθεσθαι de iis, qui inconsulto et neglectim pecuniam profundunt, atque adeo prouiciunt. Qui πάσιν ἔχεις τὰς χρήσουσιν, omnibus indigentibus, non deinceps, ut *Combeſſius*. ceterique, sed serie non interrupta, nullo paupere praetermissa, aequo, ut habet, *Carioph.*, praebent, hi non raro pecuniam tantum non profundunt. abiiciunt; at fieri sic tamen non potest, quin inter hos aliquem offendant, qui Deo carus salutem ipsis conciliare possit. Ceterum prima editio in loco *Lucae*, quem hic etiam, ex parte tantum, laudat *Clemens*, ante ὑπερεκχυνόμενον non habet καὶ, quocirca et cum plerisque non addidimus.

4. μὴ πρὸς σῶμα ἀπιδάν ὑπερόπτως, μὴ πρὸς ἥλικαν ἐκελῶς διατεθεῖς —. Haec et proxima legenti mihi

obversatur illud *Aeschyli σώματος μέγα βάρος de corpore emaciato et enecto*, de quo et hoc usū vocis βάρος monuerunt Magui viri, *Alb. Schult. ad Excerpta ex Anthol.* — p. 441, et *T. Hemsterh.* pluribus ad *Luciani Tim.* p. 145. quibus adiungit *Epigr.*, quo *Rufinus insultat Prodigae ante superbe fastuosae, nunc senio deformatae, et a nemine non contemtae*, *Anthol.* p. 620, ubi inter alia, Νῦν φυτίδες, καὶ Θρήξ πολὺ καὶ σῶμα βακάδες. Alia ex *Nosiro* hic addi poscent, si hoc ageremus. Notandum potius, *Clementem Strom.* L. III. p. 559, 26. ἀειδῆς dixisse, ut recte ibi legunt viri Eruditiss., quod hic mox δυσειδῆς: tum in edd. *Felli*, *Itigii*, et *Potteri* post ἀκτήμων male omisum esse η̄ δυσειμων, quod tamen in versione expressum; editio enim prima, et *Combefisi* etiam, habet ἀκτήμων, η̄ δυσειμων, η̄ δυσειδῆς —. pro δυσειμων apud *Euripidem* in *Electra* v. 1114. (ed. *Musgr.*) est δυσειματος. recte iuncta ἀκτήμων et δυσειμων, quae vulgo pari passu ambulant: atque hoc forte referenda glosfa *Hesychii*. Δυσειμων. ἀκτήμων. Denique, in πρὸς τοῦτο τῇ ψυχῇ δυσχεράνης καὶ ἀποτρόφης, non temere additum τῇ ψυχῇ. ut constabit ex iis, quae mox No. 5. notabo: et cum sententia ipsa, μηδὲ εἰ — πρὸς τοῦτο — non male contendens illud *Luciani* in *Somni*, §. 8. Μὴ μυστηχθῆς δὲ τοῦ σχῆματος (ut cum Clerico etiam legit *Hemst.*) τὸ εὐτελές, μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν.

5. Σχῆμα τούτῳ ἔσιν ἔξιθεν ήμιν περιβεβλημένον —. Ήμεῖς, quoad animum, dicimur. Sic *Platonici*, *Stoici*, ali que philosophi, atque hos fecuti plurimi:

res: notum est illud *Socratis* ex *Aeliani V. H.* I. 16. male philosophari *Apollodorum*, si credat, se visurum etiamdum *Socratem* post veneni potum: nimirum, mens cuiusque, is est quisque, ut *Africanus* apud *Ciceronem* in *Somnio*, quod cum loco *Lactantii* opportune ibi Eruditiss. *Schefferus* notavit. *Iulianus* scribit p. 70. A., *Platonem* hominem dicere, τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν, mentem et animalium, αὐτῷ δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν κτῆσιν. concinuit plane *Basil. M. T.* II. p. 18. C. ἄλλο ἐσμὲν ἡμέτεροι, καὶ ἄλλο τὰ ἡμέτερα, καὶ ἄλλο τὰ περὶ ἡμᾶς ἡμέτεροι οὖν ἐσμὲν η̄ ψυχὴ καὶ ο̄ νοῦς —, ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα, καὶ αἱ δὶ αὐτῷ ἀσθήσεις —. *Verus homo* dicitur *Philoni Iud.* esse νοῦς καθαρότατος p. 460. E., cuius plura loca dederunt *Eximii theologi*, *I. B. Carpzovius* in *S. Exercit.* in *S. Pauli Epist.* ad *Hebr.* ex *Phil. Al.* p. 629, et *Th. Gatack.* in *Antonin.* L. X. §. 38. ubi et alia — *Corpus*, figura ea, quae digito demonstrari potest, ut *Africanus* apud *Cicer.* dicit, est σχῆμα ἔξιθεν ήμιν περιβεβλημένον. de hoc, et nonnihil diverso, usū vocis σχῆμα egregie notarunt *Hemsterh.* ad *Luciani* locum laudatum, *Abresch. Lect. Aristaen.* L. I. p. 124. seq., et *Bergler.* ad *Alciph.* p. 140, 141. Addantur haec *Nostri* loca, T. I. p. 268, 2. p. 290, 9. p. 291, 30. p. 293, 16. Qui ex sententia plerorumque inter veteres, quibus praeiisse Principem poëtam, monet Auctor vitae Homeri p. 342. corpus mentis esse vinculum et carcere, *L. II. adv. Gent.* p. 76. scribebat, *Arnobius*,

bius, prorsus ad mentem Clementis dixit p. 73. *animas humani corporis circumjectione vestiri*. Atque ut hic, ita et alibi, *Auctor*, egregie p. 236, 2. qui aulam, inquit, eoelestem incolunt, τὸν ἀκήρατον τῆς ψυχῆς ἐσθῆτα, τὴν σάρκα, ἀγέλη ζούται. dixit et p. 537, 37. ὁ Μαῦτης τὸν ἐνδεὲς σῶμα περικείμενος. notat de Brachmanibus *Origenes* in *Philosoph. T. I.* p. 904. B., eos nudos vitam peragere, stauentes, τὸ σῶμα ἔνδυμα τῇ ψυχῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγονέναι, ad quem locum *Wolfius* pluribus docuit, alios quoque, a nuditate corporis licet vehementer abhorrentes, ita censuisse. *Porphyrius de Abstin.* — *L. I.* §. 31. ἀπολυτέον ἄρα τοὺς πολλοὺς ἡμῖν χιτῶνας, τόντε ὅρα τὸν τοῦτον καὶ σάρκινον, καὶ οὓς ἔσωθεν ἡμφίεσμεν: tunica visibilis et carnalis hic est corpus. Illud ex antro *Nymph.* χιτὼν τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, et alia ibi adscriptis *Cl. de Rhoer.* *Maximus Tyrius Diss.* XIII. Sect. 5. scripsit, Ἡ μὲν οὖν ἀγαθὴ ψυχὴ καὶ διαπεπονημένη καὶ ἡσημένη ἀμελεῖ, καὶ ὡς τὰ χιτῖα ἐφίεται γυμνωθῆναι, nudari, corpore exui. in docta annotatione ad illum locum, nobilem contextum *Apostoli* 2 *Cor. V.* 3, 4. obiter illuminavit *Cl. Marklandus*. Hinc quoque exponendum videtur, quod legitur *Hebr. XIII. 3. memento — calamitosorum*, ὡς καὶ αὐτοὶ, ἔντες ἐν σώματο, quippe qui ipsi quoque corpore sanguinam veste estis induti, adeoque similibus calamitatibus obnoxii. Sic dicitur εἶναι ἐν ἐσθῆτι veste indutum esse. vid. *L. Bos Exerc.* ad 1 *Tim. II. 9.* pari ratione,

ex lectione *Hemsterhusii*, apud *Lucian.* in *Nigrino* p. 53, 52. dicitur ἐν τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεάμενος. — Porro, quod proxime *Clemens* τὴν εἰς κόσμον πάροδον, hoc *Ioa. Cinnamus Histor. L. I.* p. 2. B. dixit τὴν εἰς τὸν βίου πρόδον. — Denique, quod ad ea quae sequuntur, ἵνα εἰς τὸ κοινὸν τοῦτο παιδευτήριον εἰσελθεῖν δυνηθῶμεν, et sententiam *Auctoris* ipsam attinet, legitur hic in margine primae editionis: „Opinio damnata Origenis innuitur de transmigratione animarum.” Dixisset potius *Caryoph.*, ut recte monet *Combeffis.*, *de praexistentialia animarum*. *Platonici*, Orientalium populorum philosophiam hac etiam parte fecuti, statuebant, mentes ab initio rerum in beatissima versatas fuisse conditione, sed prava deinde cupiditate ductas, et a contemplatione summi boni aversas, relieto mundo aethereo, in hunc terrarum orbem descendere, et corpori tanquam carceri illigari, quem κάβοδον τῶν ψυχῶν dicebant. conf. *Noster* p. 553, 38. adscriptusque ibi locus *Theodorei*. Atque ab hac quidem sententia *Origenes* certe non procul absuit. Cum *Combeffis* tamen existimaverim, iustum non subesse causam, cur ex hoc loco tam brevi, nec ita aperto, *Clementi* haec opinio adscribatur; quamvis cetera non videam, idcirco necesse esse cum ipso statuere, *Nostrum* hic hominem institutum, ut dicit, atque gratia ornatum indicare. contendamus hic *Basilium Magnum T. I.* p. 5. D., ubi docet, oportuisse, τὸν κόσμον τούτον ἐπεσυχθῆναι τοῖς οὖσι, προγενεμένας μὲν διδασκαλεῖσθαι καὶ

παιδευτήριον τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν plane ut hic. add. et p. 6, E. Hic mundus igitur ex Dei consilio est locus peridoneus hominum mentibus erudiendis. in hac inferiore, ut ita dicam, Schola nos adeo etiam versari oportet. in eam hinc aliquando transferri debemus: atque hoc fit, cum, iubente Deo, homines in vitam introimus. Noster sui ipse est interpres §. 36., ubi plura dicemus.

6. ἐνδον ὁ κρυπτὸς ἐνοικεῖ πατήρ καὶ ὁ τούτου παῖς — videtur hic respexisse Clemens loca 1 Cor. III. 16, 2 Cor. VI. 16, et similia. Christus de se et patre, ut hic Ioh. XIV. 23, πρὸς αὐτὸν ἐλευθερεῖ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. egregia haec erat Pythagoreorum sententia, νῦν νέως οἰκεῖος θεῶν. Noster scribit in Paedagogo L. III. C. I. p. 250, 13. τὸ νοερὸν, δὲ λογισικὸν καλεῖται, δὲ ἀνθρωπὸς ἐστιν ὁ ἐνδον, δὲ τοῦ Φαινομένου τοῦδε ἄρχων ἀνθρώπου, et C. II. p. 253, 22. dicit τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ κατοικοῦσαν ἐνδον, et paulo post legimus τῆς ψυχῆς τὸ ἀδύτον. conf. et hic §. 35 in fine. — De usu vocis παῖς pro filio, rariore apud Graecos, leges, si placet, accuratisimum Raphel. ad Act. Ap. III. 13. ita et Clemens in seqq. imitatus auctem more suo Horat. ita etiam puer L. I. Carm. XII., 25. haec satis protrita. — Verum quid illud μεθ' ἡμῶν ἀναστὰς? Certe hoc mirum, atque id, aut simile quid, vel in Sacris literis, vel apud hos scriptores, unquam legi haud equidem memini. Olim non intelligebam: iam videor mihi explicare posse ex loco Nostri in Protrept. p. 86, 35., ubi, post quam

quam dixerat, Dominum carne nostra indutum, morte sua antiquum serpentem, qui hominem, (quem ibi dicit παιδίον τοῦ θεοῦ, et hunc ipsius patrem) seduxit, devicisse, et tyrannum, id est mortem, in servitutem redegisse, scribit, κέκλιται μὲν ὁ Κύριος, ἀνέση δὲ ἀνθρωπος. Sic igitur, quem Dominus, pro nobis mortem subiens iaceret, nos surreximus. Ille, a mortuis surgens, nobiscum surrexit. Nisi forte quis malit, Clementem voluisse significare, quod dixit S. Hilarius, laudans locum 1 Ioh. V. 20. resurgens de mortuis asumpsit nos, de Trinitate L. VI. No. 43. Forte tamen scripsit Auctor, ut Polycarpus Ep. ad Philipp. § 9., alii que veterum, δι' ἡμᾶς ἀναστὰς: atque hoc equidem malum.

§. 34

1. τὸ σχῆμα βλεπόμενον. Huc pertinet locus Cic. laudatus ad §. 33. No. 5. addatur illud Basili M. T. II. p. 181. D. ubi meminit τοῦ σοφοῦ παρχγγέλματος, ὅτι τὸ δράμενόν ἐστιν δὲ ἀνθρωπος, ἀλλὰ τινος δεῖται περιπτοτέρος σοφίας, δι' ἣς ἔκαστος ἡμῶν, ὃς τις ποτέ ἐστιν, ἑαυτὸν ἐπιγνώσεται. pari ratione Macробius L. I. C. 13. qui videtur, non ipse verus homo est; sed verus ille est, a quo regitur quod videtur.

2. τὸ κάλλος. vertit Caryoph. ac si legeretur καὶ τὸ κάλλος: latet enim illos interior opulentia et pulchritudo. non opus est. Noster p. 290, 23. κάλλος γυναικοῦ. p. 244, 13. τὸ κάλλος τὸ ἀληθινὸν. sic et

p. 251, 18. p. 252, 13., ubi de vera Domini pulchritudine: addē et p. 253, 21. τὸ ὄντως καλὸν p. 90, 29. Atque ita etiam olim hic legebam τὸ ὄντως καλός. verum nihil iam mutandum puto. τὸ καλός est vera, vere ita dicta, pulchritudo, ut τὸ κέντρον pro insigni, mirifice aculeo, apud Lycinum in Nigrino p. 46, 39. monente Hemsterhusio. Quae autem haec sit pulchritudo, docet Clemens p. 243, 50., ubi μόνος ὁ σπουδαῖος καλὸς καργάθος ὄντως ἐσίν, et deinde, cum dixisset, hominis virtutem esse δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην, καὶ ἀνδρίαν, καὶ εὐσέβειαν, scribit v. 39. καλὸς ἄρα ἀνθρώπος, οὐ δίκαιος, καὶ σωφρον, καὶ συλλήθην ὁ ἀγαθός. loco cit. p. 251, 16. inter alia dicit; homo quocum Logos habitat, μερψὴν ἔχει τὴν τοῦ Λόγου· ἔχομεν τῷ Θεῷ καλὸς ἐσίν, οὐ καλλωπίζεται· τὸ καλός ἐσί τὸ ἀληθινον. Hae certe verae opes, quae sub adspecium non cadunt.

3. πυλίου τιὰ ὑπαυρὸν ἐν διρακίῳ σκένει βασίζομεν, δυνάμει θεοῦ πατρὸς καὶ αἵματι θεοῦ παῖδες καὶ δρόσῳ πνεύματος ἀγλού περιτειχισμένον. Insignis hic est locus. respicit Clemens illud Apostoli 2 Cor. IV. 7. ἔχομεν δὲ τὸν ὑπαυρὸν τοῦτον ἐν διρακίῳ σκένεται. — Opportune hoc usus Noster. διράκια σκένη sunt *fragilia*, *ravorum ad instar fictiliūm*, *corpora*: de quo vid. praeter alios Cl. Steph. Le Moyne Not. — in Varia Sacra T. II. p. 628, 629. attigit et Markland. Annot. in Max. Tyr. p. 677. ὁ ὑπαυρὸς, de quo loquitur, est cognitio illa gloriae Dei, quam exhibebat persona Iesu Christi,

et

et quam per coelestem illuminationem acceperant, ut salutari illa luce alios illustrarent conf. v. 6. hic latius patet. Egregia sunt quae Chrysostomus in hunc locum scripsit, Opp. T. III p. 397. ubi haec inter alia habet ad ἔχοντες δὲ τὸν ὑπαυρὸν (sic laudat haec verba) ποῖον ὑπαυρὸν; πνεύματος. χορηγίαν, δικαιοσύνην, ἀγιασμὸν, ἀπολύτρωσιν. (in mente erat 1 Cor. I: 30.) pergit: ποῖον; εἰπέ μοι. ἐν τῷ δινόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι καὶ περιπάτει. — Εἶδες ὑπαυρὸν βασιλικὸν ὑπαυρῶν λαμπρότερον. At, quo tandem pacto tam excellens thesaurus in vase testaceo positus servatur? hoc deinde docet Disertissimus antistes; Clemens hic verbis δυνάμει θεοῦ — περιτειχισμένον. circa finem §. antecedentis iungebantur ὁ πατήρ, et ὁ τούτου παῖς pater et filius; (de hoc usu vocis παῖς ibi obiter dictum) h. 1. θεὸς πατήρ, θεὸς παῖς, Deus pater, Deus filius, quod in primis notandum; nec minus αἷμα θεοῦ παῖδος, sanguis Dei filii. Ita veteres non raro locuti: nonnulla huius generis conduxit Weissen. ad illustrem locum Act XX. 28., ubi cum Cl. Veneta legendū esse τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ etiamnum existimo: de hac dicendi forma et ego olim paucis monui, non memor tamen huius loci, cui et aliis adiungendus est, qui legitur in Paedagogo, p. 186, 14. ubi τὸν Λόγον, τὸν περὶ πολλῶν ἐκχέδυνον εἰς ἀφεσίν ἀμαρτιῶν. de Domino Iesu agens per τὸν Λόγον significare solet Divinam eius personam. Diceres, Veteres ita locuturos non fuisse, si insolentiorem formulam Divinus

aliquis scriptor non praeiisset; verum hoc iam non agimus. Addit Clemens δρόσου πνεύματος ἄγκυ. Atque adeo triplex hic est munimentum ac propugnaculum, plane Divinum, quod illum thesaurum tueatur, et ab omni vi et impetu hostili defendat. Ceterum, cum dicit καὶ δρόσῳ πνεύματος ἄγκυ —, ob oculos habet, quod legitur in *Cantico*, quod dicitur, *tr. p. Dan. III. 50.* Καὶ (ἄγγελος Κυρίου) ἐποιητε τὸ μέσον τῆς καμίνου ὥστε πνεῦμα δρόσου διασυρίζων καὶ οὐχ ἔφατο αὐτῶν καθόλου τὸ πῦρ —. parim modo *Strom. L. II. p. 484, 16.* καὶ εἰς πῦρ ἐμβληθῆ, δροσισθήσεται, ἀλλ’ οὐκ ἐκπυραθήσεται. Inter eos, qui, ut decet orantes, maxima a Deo beneficia consecuti sunt *Origenes* in egregio lib. de oratione §. 13 p. 217. A., T I. etiam recenset *Ananiam*, *Azariam* et *Misaëlem*, qui, ut scribit, πνεῦμα δρόσου διασυρίζουν σὺν ἔων ἐνεργεῖν τὴν Φλόγα τοῦ πυροῦ, ἃξοι γεγόνασιν, ἐπακυσθέντες λαβεῖν.

4. ὁ γεγενένος ἀληθεῖας καὶ κατηξιωμένος τῆς μεγάλης λύτρωσεως. τῆς ante ἀληθείας in prima edit. non legitur. *Combefisi.* etiam non habet: ceteri addiderunt, nec male. Sic et *Noster* §. 2. in fine. Verum hoc non perpetuum. Quamobrem et principem editionem secutus sum. — Ut hic μεγάλη λύτρωσις, sic et §. 36. μεγάλη οἰκονομία §. 39 iungit τὴν σφραγίδα (*signaculum*) καὶ τὴν λύτρωσιν. unde forte quis existimet, hic significari baptis-
mum Sacrum, quo a peccatis nostris liberamur et abluimur.

5. τὸ Πνεῦμα τ. α. α. Hic *Combefisum* cum ce-
te.

teris secutus sum, legentem τὸ ἐναντίον τ. α. α. pro τὸν ἐναντ. —, quod est in Principe edit.

6. γερόντας θεοσεβεῖς, δρΦανὸν θέοΦλεῖς, χήρας —. τοιώτους κτῆσαι —. Egregie hic docet Clemens, quibus inopibus munera potissimum fiat danda, senibus pietate praestantibus, cert. *Christiani* fraterno amore, non appellationibus tantum, sed et studiis et officiis invicem summo opere prosequerantur. Insignis et opportunus hic locus est *Tertulliani* in Apologetico, quem leges in *Des. Heraldi Animadv. ad Arnobium L. IV. p. 197.* *Ignatius* contra ea de heterodoxis, gnosticis aliisque eius furfuris hominibus, Epist. ad *Smyrnaeos* in superioribus (ad §. 30.) iam laudata, ad §. 6. περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ δρΦανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πειθῶτος ἢ διψῶντος. ad quem locum vid. Pearson., ut et in *Vind. Ignat. P. II. C. XI. p. 408, 49. vol. II. PP. App. Cotelerii*, ubi ex Christianis non modo scriptoribus, sed et ex *Luziani* libello de morte *Peregrini* docet, charitatem et studium Veterum Christi Sectatorum in Confessores maxime, qui in carcere conjecti essent, admirabile extitisse. Ceterum δεδεμένος in hoc *Ignatii* loco forte non de νικτις intelligendum, sed ex usu, quo δῆσαι depositus *Lucas* in *Euang. C. XIII. 16*, explicandum, et λελυμένος tantumdem valet ac, quod in *Evangeliis* crebrum, παραλυτικός, quomodo legimus apud *Gregor. Nazianz. T. I. p. 662 A.* χθὲς ἐπὶ καλνῆς ἑρμόφῳ παρειμένος καὶ

λελυμένης. Iulianus etiam eximiam Christianorum beneficentiam non semel laudavit et commendavit: ad §. 32. iam insignis ex eo locus prolatus, cui add. p. 429 D., ubi scribit, impiam Christianorum religionem (*τὴν ἀθεότητα, ἀθεούς enim a gen. tilibus iam olim dicebantur Christiani*) incrementa cepisse per τὴν περὶ τοὺς ξένους Φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν προμόθειαν, καὶ τὴν πεπλασμένην σεμνότητα κατὰ τὸν Βίου, atque ad haec a gentilibus oculos esse convertendos, eaque ab ipsis vere esse exsequenda, graviter monet: lege, si placet, sequentia, in primis p. 430 D. conf. et sis p. 305. B. C. D. — Porro cum praeceptis, quae hic habemus. contendere iuvabit, quae habent Ignat. Ep. ad Polycarp. §. 4. ubi χήραι μὴ ἀμελεῖσθωσαν. μετὰ τὸν Κύριον σὺ αὐτῶν Φροντίζῃς εἶσος: Hermas L. II. Past. Mand. 8to p. 961. inter opera bona in primis commendat, *viduis inservire, orphanos et pauperes non despicer, et servos Dei ex necessitate redimere, hospitalem esse.* Ex Antiocho ibi legitur χήραι ὑπηρετεῖν, δρφανοῦς ὑπερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, (forte δρφανοῦς καὶ ὑπερουμένους) εἴς ἀναγκῶν λυτροῦσθαι τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ, Φιλόξενου εἰναι. L. III. Simil. Ima p. 103. *Pro agris ergo, quos emere volueritis, redimite animas de necessitatibus, prout quisque potest; et viduas absolvite, orphanis iudicate, (haec desumta ex Ies. I. 17., ubi gr. versio, κρίνατε δρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν.) et opes ac divitias vestras in huiusmodi operibus consumite. In hoc enim vos Dominus locupletavit, ut huius-*

modi ministeria expleatis. Antiochus ibi. Καλὸν οὖν ἐσὶν ἀντὶ τῶν κτημάτων (ι. κτημάτων, ut paulo post) καὶ χρημάτων, τῶν σύμερον μὲν ἡμετέρων, ἄυριν δὲ ἀλλοτρίων, ἀνήσασθαι Φυχᾶς Θλιβομένας, καθὼς τις δυναται καὶ χήρας καὶ δρφανοῦς ἐπισκέπτεσθαι, καὶ μὴ παρεβλέπειν αὐτοὺς κ. τ. λ. add. Simil. IX^{ma} § 26, 21. Homil. Clement. 3^{ta} §. 71. in fine. Constat. Apostol. L. III. C. 3. ubi, postquam vi- duas descripserat, quae vēre tales sunt, ita pergit, ὃν καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι χρὴ ὡς θεῷ ἀνακειμένων (Polycarpus in Ep. ad Philipp. §. 4. eas dicit θυσια- σῆρια θεοῦ: atque ita etiam hic in Constit. C. 6. p. 282. C. 7. p. 283. C. 14 p. 289. add. et L. IV. C. 3. p. 296. ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν πενήτων, ὡς ἐπισκοπεῖ, μημδενεις, καὶ αὐτοῖς χεῖρα δρέγων ἐπικου- φίας, καὶ πρόνοιαν αὐτῶν ποιεύμενος, ὡς θεοῦ οἰκονό- μος, εὐκαίριας ἐκάστῳ διανέμων τὰ πρόσφορα, χήραις, καὶ δρφανοῖς, καὶ ἀπεριστάτοις, καὶ τοῖς ἐν θλίψει ἔξεταζομένοις. viduas in primis, scriptoribus Eccle- siasticis ἀπεριστάτους saepius dici, monuit Hem- phisth. ad Aristoph. Plut. p. 333., ubi et veram huius vocis potestatem ac rationem expositam vi- debis. Accedat et Noster Strom. L. III. p. 271. ubi urbaniorum foeminarum prae postera studia perstringit, et docet, modestas viduas, iustos fe- nes, et pueros orphanos esse alendos et curandos, quos istae, animalia et nescio quae etiam monstrata nutrientes, foventes, iisque se oblectantes, ne- ligunt et despiciunt: venustum in primis est, quod

quod scribit ibi v. 7. καὶ χήραν μὲν παροφῶτι σω·
Φρονεῖσαν, Μελιταῖον πολλῷ διαφέρουσαν κυνίδιον. ca-
tulos olim etiam in deliciis fuisse constat: de quo
monuit Toup. Emend. in Suid. P. III. p. 102.,
ubi legimus pu'chram il'am emendationem, loci
Theophr. in Char. καλὸς Μελιταῖος pulcher catulus
Melitensis, pro κλάδος Μελιταῖος. — Denique, si-
gillatim ad illud, τοιούτους κτῆσαι τῷ σῷ πλεῦτῳ,
καὶ — respondent, quae ex Herma et Antiocho,
iam vidimus: convenit et egregie illud Euripidis
dicentis, ut scribit Libanius Epist. 487, p. 244.,
νοῦν ἔχοντος εἶναι φίλους πριασθαι χρημάτων πολλῶν σκ-
φῆ, viri prudentis esse amicum certum magna pe-
cuniae vi sibi comparare: add. et Xen. Memor. II.
IV. 1, 2. et Cl. Ruhnk. Anim. p. 229 ad c. 4, 1.
Verum ad tunc huius loci complexum, et quae
sequuntur de efficacia precum ab hominibus sanctis
fusarum, conf. quae habet Basili. M. T. II.
p. 155, in homilia in quadraginta martyres, ubi
postquam dixisset, ἐτοιην βούθεια χριστινοῖς, ἐκκλη-
σίᾳ μαρτύρων, εργάτοις τραπαιοφέρων, χωρὶς δαξολογούν-
των, ita pergit: πότε ἀν̄ ἔχειν, ίνα ἔνα που εὔρῃ
ὑπερ σοῦ δυσωπεύτα τὴν κύριον; τετταράκοντά εἰσιν,
σύμφωνον ἀναπέμποντες προτευχὴν. Quantum impen-
disse laboris, ut unum alicubi reperires, qui pro-
te Dominum exoraret? Sunt quadraginta concordem
precationem sursum emitentes. Lege reliqua et
add. omnino Hermae Pastor. L. III. Similit. 2d.
prae ceteris autem quantum universe valeat cum
fide

fide facta precatio et supplicatio, docuit Origenes
in lib. de Orat. §. 12, 13. conf. et Ep. S. Iacobi
C. V. 15. 16.

7. καὶ δαιμόνων βίᾳ, θράνται, προσάγμασι συντδ-
νεις ἐλεγχομένη ἐν ἔργοις. De re ipsa his verbis a Clemente significata pluribus hic non agam. Dona
extraordinaria, atque adeo etiam donum miracu-
lorum patrandorum, hoc seculo adhuc viguerunt.
Vide praeter alios Cl. Ven. Hist. Eccl. T. III.
p. 527. seq. Huc etiam referri solet malorum
spirituum expulso; sed ab hac a Christo et Apo-
stolis miraculose praeslita distinguendus est exor-
cismus in ecclesia Christiana usitatus, quem et
Noster hic, ni fallor, ob oculos habuit. — Ve-
rum, his misis, ipsa verba diligentius considere-
mus. Molestiam facescit hic illud ἐν ἔργοις. Caryo-
phylus vestit, et vis daemonicum frangitur rigidis
iunctionibus, agnoscens re ipsa quid valeat. Combefi-
sius hinc coligit, virum Doctissimum pro ἐν ἔρ-
γοις legisse ἐνεργῆς: ipse emendat ἀνενεργῆς, iners,
quod et in contextum induxit. In eo certi ipsum
non sunt secuti, versionem tamen eius retinentes,
iners comprobata. Olim et ego emendabam, pro
ἐν ἔργοις legens ἐνεργῶς, sic ut ἐλεγχομένη ἐνεργῶς
sit evidenter, luculenter repressa; deinde ἐνεργῶς
acriter: quin et γοργὸς, iungens nimirum hoc cum
sequentibus Γοργοὶ οὐτοὶ πάντες —. Bene hoc cum
sequentibus cohaeret; verum nihil mutandum prae-
ter interpunctionem, iam arbitror. ἐλέγχεσθαι hic
est reprimi, coercere, quem verbi usum et Lexica

notant. Ponatur iam punctum post ἐλεγχομένη, et novum caput hoc modo incipiat : 'Εν ἔργοις οὐτοι πάντες οἱ ερατιῶται καὶ φύλακες βέβαιοι. Sequentia hanc lectionem confirmant : οὐδεὶς ἀργός, οὐδεὶς ἀχρεῖος. lege cetera.

§. 35.

1. ὁ μὲν ἔξαιτήσασθαι σε δύναται παρὰ θεοῦ —. Impetrare te a Deo poenam deprecando. Sic ἔξαιτεν Nic. Damascenus p. 437. εἰ τὸν ψυχὴν ἀντὶ ἔξαιτήσειν — παρὰ Ἀρταίου, si vitam sibi ab Artaeo impetraret: et παρατείσθαι apud Lycurgum in Leocr. p. 150, 20. (ed. Steph.) εὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ὡς ἀνδρεῖς, εὔτε τὰς παρασκευὰς τῶν κρινομένων, οὐτε τὰς δεήσεις τῶν ἔξαιτουμένων. Hic §. 42. de Iohanne Apostolo pro infelici iuvene Deum exorante, δαψιλέστι ἐνχαίρις ἔξαιτούμενος. Egregium, quod mox addit ὁ δὲ δακρύσσων καὶ σενάξῃ συμπαθῶς ὑπέρ σου πρὸς τὸν κύριον τῶν ὅλων. Saepe ita de Deo. Noster T. I. p. 74, 15. οὐχὶ πρὸς τὸν δεσπότην τῶν πάντων καὶ Κύριον τῶν ὅλων (ita certissime cum Sylburgio legendum) ἀναβλέψετε; Chrysost. de SS. Maryribus T. II. p. 716. D. τοῦ βασιλέως τῶν ὅλων θεοῦ συνεχῶς ἥμιν ἐνδιαιταμένου. Sic et Philo Ind. p. 741. C., τῷ ποτητῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων προσκεκληρωμένου

2. ὡς γλυκεῖα θεραπεῖα φιλούντων. ὡς μακάριοι δικονίαι θαρρούντων. Quod Dio Chrysost. in Orat. de tyrannide p. 97. D. scripsit, benevolentiam et ami-

ci-

citiam esse κάλλιστον καὶ λυτιτελέστατον κτῆμα, id adeo hic maxime cernitur. In tribus postrem's edd. virtiose expressum διέχειται pro διακονίᾳ, quod est in prima et Combeffisi ed.; in versione tamen omnes habent servitia. Forte et διακονία pro διάνοιᾳ restituendum Dioni Chrysost. Orat. X. p. 147. B. καὶ τοι οὐτε παῖδας ἔχοντα, οὐτε ἀνθρώπου διάνοιαν. ubi παῖδας non est mutandum, et tota orationis series, in primis quae p. 143, 144 a Diogene dicta leguntur, pro διάνοιαν requirere videtur διακονίαν.

3. ὁ κάλλος ἔργων παρὰ τοῖς θεοῦ διακονεῖν πεπεισμένοις, πείθειν θεὸν —. Chrysost. T. XII. p. 374. B. ubi, comparationem inter Christianos et gentiles instituens, postquam dixerat, hos naturali pulchritudine et pietate, qua se ornent, distinutos, εὐγλωττία, inquit, καὶ ρήμασιν ἀποτετρευμένοις, καὶ συνθήκαις λέξεσιν, καὶ κόμαις, καὶ εὐθήμασι (scripsit, ni fallor, ἀνθήμασι) καὶ ἐτέροις τισὶ τὰ καθ' ἔμποδος σεμιώνειν, illos ex adverso Φυτικὸν τὸ κάλλος ἐπιδείκνυσθαι — ἐν δυνάμει νοημάτων Φιλοτοφῶντας, καὶ ἔργων ἐπιδείξει, καὶ πολιτείας ἀκριβείᾳ τὴν ἐνοικοῦσαν αὐτοῖς τοῦ θεοῦ χάριν διὰ πάντων ἀνακρύπτοντας. — Porro iungit deinde hic Clemens πείθειν θεὸν et ἀρέσκειν θεῷ. Apostolus in Ep. ad Gal. C. I. 10. "Ἄρτι γὰρ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; hic permittat πείθειν cum ἀρέσκειν. Pari ratione Auctor homil. 3iae Clement. §. 64. ubi, dicit τοῖς ὄχλοις τινὰ ἀρέσκειν esse ἀμήκανον, θεὸν δὲ εὖ πράττοντα πείθειν δυνατότατον, ubi θεὸν πείθειν recte veritutur Deum sibi conciliare, atque adeo ipso placere. ita et recte

locum eit. exp. sicut Ill. Grat., aliquie, inter quos viri Eruditissimi Io. Tob. Krebs. Obs. in N. T. e Josepho p. 317, 318, et Io Beniam. Koppe Nov. Test. vol. I. p. 14. Suidas v. Δῶρος. Δῶρος δειδε πείθει, καὶ αἰδοῖος βασιλῆς proprios benivolosque reddunt. Attigit hunc usum etiam Hemsterh. in Observationibus, ad Chrysost. homil. in Ep. ad Philem., quae leguntur sub finem Tomi II^o Annotation. Raph. in N. T. ad pag. 38. vs. 33. — Verecunda locutione usus Noster, οὐ σάρκα τῆς σῆς ἀπτεσθαι, non impuro amore carnem tuam attingere. ἀπτεσθαι hoc usu Graecis frequentari, ut Latinis tangere, attingere, pervulgatum. Pluribus hoc ottenit Gatak. laudatus Valckenario ad Eurip. Phoeniss. p. 349., Schraderus Anim. ad Musaeum p. 204, 205. Arntzen. noster ad Arator. de Act. Ap. p. 50. Nimirum, ex familiariore alicuius usu non raro impurus nascitur amor, a vera certa amicitia prorsus abhorrens. Recordor hic loci leviter refingendi: sic Alexis in Helena apud Atheneum p. 563. D. ὡς ὅτις ἀκμῆς γε τῶν σωμάτων ἐρῆ, Τὸν ἄλλου οὐδὲ γινώσκει λόγου, Τῆς ἥδινης ἐξ οὐχὶ τῶν φίλων φίλος. Locus est minus intellectus. MS. recte χρόνον habet pro λόγου, et leviter mutata interpunctione, legendum, τῆς ἥδινης ἐξ, οὐχὶ τῶν φίλων, φίλος. χρόνος aetas, ut Graecis aliquando adhibetur. Sententia haec est: quisquis vegeti corporis pulchritudinem amat, neque altius aetatis rationem habet, (eam non colit) voluptatis, non amicorum, est amicus. Longissime hoc

hoc a Christi sectatore amico, quem hic describit Clemens, remotum. De castitate Christianorum vide praeter alios Cl. Venem. Hist. Eccl. T. III. p. 525. — λαλεῖν, ita[per]git, ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ τῶν ἀλόνων ἐν σοι κατοικοῦντι. hic διιλεῖν a Principe editione oblatum haud displiceret; (ita Noster de vero gnostico p. 581, 24. τῷ θεῷ καβαρῷ διιλεῖν) sed illa hic habet, λαλεῖν. προσλαλεῖν ita saepius; διαλέγεσθαι τῷ κοινῷ πάντων δεσπότῃ dixit Chrysost. T. II. p. 716, A. λαλεῖν Achill. Tat. L. VI. p. 405. οὐκ ἀγαπᾶς ὅτι σοι καὶ λαλῶ; an non probas, boni consulis, quod tecum loquor. Contendamus autem hic omnino locum Nostri Strom. L. II. p. 484, 19 —, qui hunc egregie illustrat. ibi de suo gnostico, εὔνοικος ἦν (sequor emendationem et distinctionem, quae legitur in notis) τῷ Κυρίῳ, δαριζέσθε, καὶ συνέτισθε κατὰ τὸ πνεῦμα, καβαρὸς μὲν τὴν σάρκα, καβαρὸς δὲ τὴν καρδίαν. animum advertit hic in primis illud δαριζής, quod recte monuit Cl. Editor sumtum esse ex Homero, qui Minoem Cretensem vocavit Δίδος μεγάλου δαριζήν: Legamus hic Dionem Chrysostomum, Orat. IV. p. 65. C. D., qui Homeri locum laudat, et docet, δαριζεῖν esse διιλεῖν colloqui, adeoque δαριζήν τοῦ Δίδος esse διιλητήν collocutorem Ioris. Atque intelligimus iam, his ita collatis, quod hic scripsit Clemens, οὐ σάρκα τῆς σῆς ἀπτεσθαι λαλεῖν, ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ τῶν ἀλόνων ἐν σοι κατοικοῦντι, tecum loquantur, sed ita ut loquantur cum Rege seculorum in te habitante.

§. 36.

1. Καλοὶ καὶ θεωρητεῖς, καὶ —. Ex prima edit. καὶ in ceteris, praeterquam in *Combeſiſtana*, omis- sum, post καλοῖ revocavi, egregie ex sermonis idiotismo, τῆς προσηγορίας ἀξιοῦ, ἢν ὥσπερ διάδημα περικειμένη ἔχειται. Φορᾶσθαι, translata significatione, ut hic, verbum περικει- μένη, est apud *Stobaeum* p. 494, 32. ubi de Xerxe. ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἐφυγεν, ἀντὶ τῆς μεγάλης βα- σιλείας, μεγάλην περικειμένος δειλιὰν. sic et apud alios; etiam in Ep. ad *Hebr.* C. V. 2. ubi vid. Interpretes: add. et *Abresch. Lectt. Ariftaen.* in Corrig. p. 545. quaedam autem hic apposita dedit *Dorvili*, in *Charit.* p. 68.

2. οὐ μὴν ἀλλ' εἰσὶν ἡδη τινὲς καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἐκλεκτότεροι, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ἡττου ἐπίσημοι (πρό- τον τινα) ἐκ τοῦ κλύδωνος —. Videamus hic primum de vera lectione et sensu huius loci. Nemo non agnoscit, vitiosum esse illud πρότον, forte etiam additum τινα eodem loco habendum: certe ita vi- sum fuit *Caryophilo* et *Combeſiſtio*, margini Princi- pis editionis adscriptum ἱσ. πόρρω ποῦ ἐκ τοῦ —, atque ita etiam versio habet, quod procul ab aefu mundi cet. *Combeſiſtus* hoc rejiciens, pro πρότον τινα legit πρὸς τὸν λιμένα ad portum. Praeterea illud ἡττου hic etiam minus commodum videtur. *Caryo- philus* vertit, ac si hoc non legeretur, eoque magis illustres: *Combeſiſtus* ἡττου mutat in δον. priorem con-

conjecturam more suo in textum recepit, in quo et reliqui eum seuti sunt. Ego meam emendatio- nem, quantumvis proprius ad verum accedere vi- deatur, in textum inducere nolui. *Clementem ei- mirum* scripsisse puto πρὸς ὄρμον τινὰ: porro ἡττου non mutandum existimo; neque in eo laborasent viri Docti, si modo observassent, γε hic ante ἡτ- του a librario omisum fuisse. Lego igitur: καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ἢ ἡττου ἐπίσημοι, πρὸς ὄρμον τινὰ ἐκ ποῦ κλύδωνος τοῦ κόσμου νεωλκοῦντες ἑαυτοὺς καὶ ἐπα- νύγοντες ἐπ' ἀσφαλὲς. ἢ non raro comparativis addi- tur: ita ἢ μᾶλλον quo magis, ἢ ἐλαττον, et etiam ἢ ἡττου, quo, vel quanto minus, ut docuit *H. Stephanus Thes. L. Gr. T. II.* p. 1509. E. καὶ το- σούτῳ μᾶλλον ἢ ἡττου igitur hic pari ratione dictum ac illud *Herodoteum L. C. 20*, καὶ μᾶλλον ἐτι το- σούτῳ, ὅτῳ ἐλάσσονες —. Legimus ibi quoque in princ. Ἐλλήνων μὲν τινὲς ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέ- σθαι σοφίην, ἔλεξαν —: hi ex averso, qui ceteris electis praestantiores sunt, ἐπίσημοι insignes esse nolunt; οὐ βουλόμενοι, ut mox dicit, δοκεῖν ἄγιοι —. Tales igitur non sunt, qui a ceteris Christianis se nota quadam aut alia quadam ratione seiungant. ita *Noster* p. 290, II. dixit τὸ λόγιον τοῦ σχήμα- τος καὶ μὴ παράσημον. Sententia loci huc adeo re- dit: eoque magis, (τῶν ἐκλεκτῶν ἐκλεκτότεροι) quo minus sunt insignes, (se a ceteris distinguunt) ad stationem quandam ex aefu mundi se ipsos subdu- centes et in tutum recipientes. Sic locus hic diffi- cilis jam satis est expeditus. Illud ἐπαγάγειν ἐπ-

ασφαλὲς phrasi *Lucretiana* possis exponere, si lu-
bet, in tranquillo locare. ita L. V. de rerum nat.
vs. 10 seq. — quique per artem *Fluctibus e tantis*
vitam, tantisque tenebris in tam tranquillo, et
tam clara luce locavit. Pulchre cum hoc loco
convenit, quod *Parrhesiades* ad philosophiam se
convertens dicit apud *Lucianum* T. I. p. 598,
61. — ἡξιουν ὅποσον ἔτι μοι λοιπὸν τοῦ βίου, καθά-
περ ἐκ ζώμης καὶ κλύδωνος, ἐσ ἔυδιον τινα λιμένα
ἐσπλεύσας, ὑπὸ σοι σπειρόμενος, καταβιῶντας. egregie
etiam *Caec. Cyprianus*, quamquam de re paulum
diversa, ad *Donatum* p. 6. una igitur placida et
fida tranquillitas; una solida et firma et perpetua
securitas: si quis ab his inquietantis seculi turbini-
bus extractus, salutaris portus statione fundetur. —
Noster p. 311, 9. (Δὸς ἡμῖν) ἀκυράντως τῆς ἀμαρ-
τίας τὴν κλύδωνα διαπλεύσαντας, γαληνιῶντας ἀγίῳ
συμφέρεσθαι πνεύματι. Quod elegans est. Sic
scribens simul respicit ad propriam significationem
vocis πνεῦμα. — ἀκυράντως τῆς ἀμαρτίας τὸν κλύ-
δωνα διαπλεύν a communi sensu abit, ex quo dici-
tur ἀκύρωντος λιμὴν, velut *Antholog. L. I. C. 44.*
p. 95. et apud *Io. Christom. T. III. p. 384 D.*
et p. 387 C. Verum de his satis. Quaeritur iam
secundo, de quibus ex mente *Autoris* hic sermo
fit. „Insignis, scribit *Combeſtius*, haec status Mo-
nastici commendatio, eius prae vulgo Fidelium
maiori sanctitate, quod Ecclesiae nunquam de-
fuit, etsi non tanta illa ἀναχωρήσει, et in deserta
ſecessione, quanta a Paulo Eremita et Antonio
per

per Aegyptum viguit; inque ipsis Apostolis, vi-
tisque Apostolicis consecratum est, quos scrip-
tura et Λόγος (Verbum ipsum) lumen mundi et
sal terraे nuncupavit.” Haec non considerate
scripta: permiscet vir Doctissimus inter se, quae
distinguenda erant. Civitati certe Christianae nun-
quam defuerunt, qui maiori prae vulgo Fidelium
sanctitate eminerent, quos ascetas dicebant: mona-
chi autem seculo demum quarto orti sunt; et mul-
tum interest, adeoque omnino distinguendum, in-
ter ascetas, anachoretas etiam et monachos; quam-
vis ceteroquin certum sit, hos ex ascenis et inpri-
mis anachoretis factos esse. Docuerunt hoc Eximii
viri, *Vales.* ad *Euseb. Hist. Eccl. L. II. C. 17.*
Cotelerius ad Conſit. Apoſt. L. VIII. C. 13. *Bin-*
ghamus Antiquit. Eccl. Vol. III. p. 3. seqq. *Mos-*
hemius Comment. de rebus Christian. ante Con-
stantin. M. p. 310—319. et *Venema Hist. Eccl.*
T. IV. p. 243, et seqq., ubi pluribus et eruditis
de his agitur. Clemens noster certe hic describit
ascetas, non illos, qui, maiorem sanctitatis gra-
dum affectantes, vestem philosophicam sive pal-
lium, quo vitae genus, quod elegerant, preſi-
tentur, gestarent; sed qui, sua se virtute invol-
ventes, in severioribus ſcſe pietatis officiis exerce-
tent, in religioso cultu, velut precibus, magis
eſſent assidui, et erga ſe ſuumque corpus rigidio-
res, a carne, animatis, vino ſe abſtinentes, et
haud raro etiam ab omni cibo, voluntariam ſec-
tantem paupertatem, et in primis coniugio renun-
ci-

ciantes. Meminit huius etiam loci Bingh. l. c. p. 12., ubi alia nomina, quibus ascetae insigniti fuerunt, commemorat, ut et *Venema* Epist. secunda de genuinitate epistolarum *Clementis a Cl. Wetsteinio* publicatarum ad virum longe Celeb. T. *Hemsterhuis* p. 55., ubi agit de peculiari vocis *Sanctitatis* usu, quo designat continentiam et coelatum: quo et refert, quod hic additur: qui licet sint, tamen videri nolunt ἄγιοι, Sancti, et, si quis nuncupavit, erubescunt. Ita nimurum decet veros Domini sectatores. *Noster* p. 300, 23. postquam dixisset, eos qui Christo initiantur, per totam vitam tales esse debere, quales se in ecclesiis ad gravitatem et honestatem componunt, subiungit, καὶ εἶναι, μὴ δοκεῖν εἶναι τοιούτους et p. 288, 33. οὐδὲν δὲ οὐ Φαίνεσθαι ἐλευθέρους, ἀλλὰ εἶναι ἀρμόζει. ubi in notis monetur, spectare *Clementem* celebre illud *Amphiarai* dicium apud *Aeschylum* in Ἐπτὰ ἐπὶ Θήβαις, οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι Θελει. v. 598. laudavit etiam *Wesseling*. ad hoc *Herodoteum de Arioste* L. VIII. C. 79. cum ἄριστον ἄκιδα γενέσθαι ἐν Ἀθηναῖς καὶ δικαιώτατον: et *Ruhnken*. ad *Vell. Paterc.* L. II. C. 35. ubi §. 2. de *Catone*: per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui, nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non potuerat. lege ibi plura. Pergit nobilis *Tragicus*: Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ Φρεὺς καρπούμενος, Ἔξ οὗ τὰ κεδνὰ βλαστᾷν βούλευματα. Usus est hoc loco *Plato*; et *Timaeus* in *Lex. Plat.* βαθεῖαν ἄλοκα tra-

late significare dicit βαθεῖας Φρένας καὶ πεπουμένας, ad quem locum vid. etiam *Ruhnkenius*, v. c. et quos laudat: Atque ita apud *Nostrum* hic quoque sequitur, de quo stram, ἐν βάθει γυώμης ἀποκρύπτοντες τὰ ἀνεκλάλητα μυστήρια. Ceterum contrarium eius, quod hic dicitur, legimus apud *Isidorum Pelusiota* L. III. Ep. 240. ubi de hominibus, qui ἵστασθαι δοκοῦντες sacerdotum speciem praeferentes, πάσῃ μὲν ἀρετῇ ἀπρόσιτον τε καὶ ἀβάτον, (ita enim legendum pro ἀπρόσιτων τε καὶ ἀβάτων) πάσῃ δὲ κανικῇ ἴππηλατον ἔστοις κατεσκεψασθαι δύον τε καὶ χῶρον.

3. ἐν βάθει γυώμης ἀποκρύπτοντες τὰ ἀνεκλάλητα μυστήρια, καὶ —. In Principe editione uno tenore legitur ἀισχυνθεντοι ἐν βάθει γυώμης ἀποκρύπτοντες τὰ ἀνεκλάλητα μυστήρια, et *Caryoph.* iungens ἀισχυνθεντοι ἐν βάθει γυώμης υπερβατις, limo ex corde erubescunt. Sed vereor, ut recte ita dicatur, et assentior *Combeffiso* ceterisque, ἐν βάθει γυώμης referentibus ad ἀποκρύπτοντες: qui in alta mente abscondunt ineffabilia mysteria —. βάθος γυώμης altitudo mentis, qua praeditus abdita quaeque examinat ac dispicit, ut de usu v. βάθος scribit *H. Valesius Adnot.* in *Excerpta Peiresc.* p. 23., ubi plura. add. *Casaub.* ad *Sueton. Vitell.* C. 13. fine. *Thom. Mag.* βάθος νοῦ λέγειν βέλτιον, οὐ μεγεθος. Legendum ex certissima *Valckenarri* emendatione, βάθος νοῦ. saepius haec confusa vid. *Derril.* in *Charit.* p. 54. Si quis tamen hic βάθος γυώμης malit interpretari interiorum mentis re-

cessum, (imum pectus est in versione) haud tē pugnabo. ita Noster in Protrept. p. 59, 26. τὸ βάθος τοῦ νοῦ, scribens Λογού εσθε, ἡλιον ψυχῆς, δί τοι μόνοι ἔνδον ἀνατείλαντος ἐν τῷ βάθει τοῦ νοῦ καὶ τοῦ νοὸς ἀντοῦ καταυγάζεται τὸ ὄμρα: atque eadem ratione in Paedag. L. III. p. 257, 8. dicit υποστησαν ἐν βάθει τὴν ψυχὴν. non male convenit ἀποκρύπτοντες τὰ ἀνεκλάλυτα μυστήρια. aliaj dedimus ad §. 5. — Porro Sacra Eleusinia ἄρρητα et ἀπόρητα μυστήρια non raro dicuntur. *Hesych.* Σεμιὰ (legendum esse Τὰ σεμιὰ docuit *Valcken.* in *Euripi Hippol.* p. 163. A. 2.) τῆς σῆς παρθένου μυστήρια. Σοφοκλῆς τὰ ἄρρητα καὶ ἀνεξήγητα μυστήρια. *Irenaeus* p. 7. refert, quae Gnosticis sunt τὰ μεγάλα καὶ θαυματὰ καὶ ἀπόρητα μυστήρια, atque ita legimus p. 228. init. *mysteria inenarrabilia.* Iungit et ἄρρητος et ἀνεκλάλυτος p. 70. intelligit autem hic Clemens sanctissima illa mysteria, de quibus saepius Apostolus in Epistolis, et Petrus i Ep. C. 1. vs. 10—12. ubi et Com. 8. χαρὰ ἀνεκλάλυτος. — Egregie addit, καὶ τὴν ἀντῶν εὐγένειαν ὑπερηφανεῖντες ἐν κόσμῳ βλέπεσθαι, suamque nobilitatem in mundo videri magno animo contemnentes. Sic ὑπερηφανεῖν, (ut ὑπερήφανος apud *Lucianum* in *Nigrino* p. 58. init., *Plat.* in *Phaed.* p. 392 F.) in meliorem partem subinde usurpatur. *Dio Chrysost.* ita in fine Orat. de *Homero*, verbo ὑπέρορρην usus est p. 555. C. ὅποτε ὁ ζεὺς οὐχ' ὑπερορᾶ πατήρ τῶν ἀνθρώπων καλεῖσθαι. *Noster* etiam, ut hic, p. 69, 27. τί δὲ, καὶ οὐλοὶ γενέσθαι ὑπερηφανῆκατο. ita

ita et ὑπερήφανος; atque ita, ut solent poetae *Lattini* in sexcentis aliis, *Graeca constructione usus*, *Silius Ital.* voci *superbus* infinit. quicque iunxit L. III. 374. ubi —. *Telas Arabum* sprevisse superba. notarunt ibi Eximii viri *N. Heinsius* et *P. Burmann*. Pluribus locis *Clemens* hoc verbum accusativo connectit. vid. p. 48, 24. ὁ δὲ τὸν μὲν θεὸν ὑπερηφάνει. ubi alia adscripta. add. p. 274, 20. καθάπερ ὁ ἐν τῷ πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ τρυφῶν, καὶ τὸν Λάζαρον ὑπερηφανῶν. ita et *Iosephus* B. I. L. I. C. 19. §. 6. ὑπερηφάνει δὲ πρεσβευομένους ὁ βασιλεὺς. *Ignatius* ep. ad *Polycarp.* § 4. Δούλους καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει.

4. τοῦτ' ἔσι τὸ σπέρμα, ἐκῶν καὶ ὄμοιωσις θεοῦ, καὶ τέκνου αὐτοῦ γνήσιον, καὶ κληρονόμον. Proximum, quod antecedit, σὺς δὲ λόγος φῶς — ita intelligunt *Caryoph.* et *Combefis.* ut δὲ λόγος hic sit *Sermo Divinus*, *Sacra scriptura*; namque ita vertunt. Et certe ita δὲ λόγος saepe apud *Nostrum*. Non male tamen forsitan quis hic ipsum Dominum nostrum *I. Chr.* intellexerit, quem frequenter ita appellat *Clemens*, et cuius haec, quae laudat, verba sunt *Matth.* V. 13, 14. — Tὸ σπέρμα *soboles*, *liberi*; quo sensu vox etiam non infrequens apud alios scriptores, velut *Thucyd.* L. V. C. 16. *Pindar.* Olymp. VII. 170. *Sophoc.* Oed. Tyr. v. 1405. Trach. v. 304, et alibi: atque ita hic etiam mox τέκνου, quamquam insolentius de pluribus: in his τέκνον αὐτοῦ γνήσιον καὶ κληρονόμον respicit ad *I Tim.* I. 2. *Tit.* I. 4. *Rom.* VIII. 17. Verum haec

haec tanti non sunt: notandum hic in primis εἰκόνη καὶ ὄμοισις θεοῦ. refertur hoc ad Gen. I. 26 atque haec duo distinguunt plurimi inter veteres, et inter hos etiam Clemens noster, hac quidem ratione, ut similitudo Dei imagine eius sit perfectior; et imago quidem omni homini conveniat tanquam rationis usu praedito, similitudo tantum iis, qui secundum Dei leges vitam instituunt, et quae in nullo homine, praeter Christum, in hac vita, plena et perfecta sit. Sic et recentiorum nonnulli. Solet autem illa, ut h. l., iungere Clemens vid. p. 94, 26. p. 156, 25. p. 483, 33. et notata ad haec loca: add. p. 292, 24. atque hinc etiam legimus in precibus ad τὸν Λόγον fusis, p. 311, 4. ἐδὲ δὲ ἡμῖν, τοῖς εοῖς ἐπομένοις παραγγέλμασι, τὸ ὄμοιωμα πληρῶσται τῆς εἰκόνος. notandum quoque hic locus egregius p. 480, II. —. οὐτές ἔσιν ὁ κατ' εἰκόνα καὶ ὄμοισιν δὲ γνωσικὸς, ὄμοιούμενος τὸν θεὸν καθίστον σίστοντε μηδὲν παραλιπών τῶν εἰς τὴν ἐνδεχομένην ὄμοισιν —. Ceterum verbis, sed ex mente Stoicorum intelligendis, apprime convenit Seneca in libro de Providentia C. 1. Inter bonos viros ac Deum amicitia est, conciliante virtute. Amicitiam dico, imo etiam necessitudo et similitudo: quoniam quidem bonus ipse tempore tantum a Deo differt, discipulus eius, aemulatorque, et vera progenies.

5. ἀπερ ἐπ τινα ζευτέαν ἐνταῦθα περιπόμενον —. Ad haec et proxima verba potissimum pertinet nota margini primae edit adscripta. „, Caute, ne innuatur praëxistentia animarum iuxta Origenis op-

opinionem damnatam in Quinta Synodo." Hoc ipsum, etiam monitum ad §. 33, quod equid m, cum Combeffiso hic iterum factum nolle. Non quidem inferior, dicta a Clemente sententiae Origenis, de qua l. c. obiter monitum, haud male convenire: idem tamen, necesse non esse ista inde explicare, existimo. Publico velut consensu nihil frequentius est, quam ἐπιδημίας vel παρεπιδημίας imagine vitam humanam adumbrari, ut scribit Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 434. ubi et nonnulla notavit. In Sacris literis ita saepius de veris Dei cultoribus. vid. in primis Hebr: XI. 13, et quae praeter alios ad eum locum et vs. seq. larga manu, praesertim ex Philone Iud. dederunt Wetstein. et Carpoivius. Add. et quae notavit Mangenius ad Phil. T. I. p. 161, 3. apud hunc in fine L. I. de Somniis p. 658. haec legimus: οὕτως γάρ δυνήσῃ καὶ εἰς τὸν πατρὸν οἴκον ἐπανελθεῖν, τὴν ἐπὶ τῆς ξενῆς μαράν καὶ ἀνήνυτον ἀλήθειαν ἐνφυγοῦσαν. ἀλήθειαν certe hic vitiosum. ζάλην habet MS Med. Verum videtur, quod et coniecit Doctis. Editor, ἀλητείαν rariorem vocem habet Eurip. Helen. v. 940. His tandem accedat Hermae Pastor, qui L. III. Simil. 1^{ma}. Et dixit mihi: Scitis vos, Domini servos in peregrinatione morari? Civitas enim vestra longe est ab hac civitate: haec sufficerint: plura ibi leges, si lubet. Porro, verba ἐ. τ. ξ. ἐνταῦθα περιπόμενον ὑπὸ μεγάλης οἰκονομίας κ. τ. λ. istum sensum non postulant: ex adverso aliter esse intelligenda patebit, si diligentius consideremus, et

et ipsum nostrum Clementem audiamus, qui T. I. p. 639, postquam scripsisset v. 24. ἡ τοῦ σοφοῦ τε, καὶ γνωστοῦ ψυχῆ, οἷον ἐπιζενουμένη ἡ τῷ σώματι, σεμνᾶς αὐτῷ καὶ τιμητικῶς προσφέρεται — Sapientes et Gnosti mens, ut quae in corpore pregrinatur, eo severo et austere utitur, Basilius sententiam reciens, haec dicit, οὐκ ἀν τις εἴη Φύσει τοῦ κόσμου ξένος, ἀλλ᾽ ὁ ἐκλεκτὸς ὡς ξένος πολιτεύεται —, et tandem post plura p. 640, 26. disertis verbis, οὐκον οὐρανόθεν καταπέμπεται δεῦρο ἐπὶ τὰ ἥπτα ψυχῆ. ὁ δεὸς γάρ ἐπὶ τὰ ἀμείνων ἐργάζεται — non demittitur mens de coelis ad ea, quae sunt deterioria: Deus enim refert omnia ad meliora —. Haec etiam lucem praeferunt ad hunc locum, qui subtilius hanc de re exponit, recte et ex mente Auctoris capendum. — Nimirum, Deus universitatis rerum est opifex, quem δημιουργὸν, et τῶν ὅλων vel τῶν ἔντελλων δημιουργὸν dicebant, in primis Platonici: crebro ita, et Philo, vid. p. 1088. A. p. 1092. B. alibi, atque ita et plures Ecclesiastici scriptores. vid. Theoph. ad Autolycum p. 21., ubi iungit δημιουργὸν et ποιητὴν. vid. ibi Wolf. Origenes contra Cels. L. III. p. 145. (ed. Spenceri) τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν dixit. Noster p. 44, 21. τὸν δημιουργὸν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. Alium locum laudavit Valcken. diatr. in Eurip. perd. dr. rel. p. 39. seq., ubi haud protracta reperies. Esse eximie Deum Patrem, ut hic dicitur, δι' οὗ καὶ τὰ Φανερὰ καὶ τὰ ἀΦανῆ τοῦ κόσμου (h. e. τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς coll. Col. I. 16.) δεδημιουργηταί — De-

Deinde omnia a se constituta Summus naturae artifex ita dispensat, ut in iis stupenda cernatur harmonia et proportio, nihilque sit, quod non arcuissime colligatum sit atque connexum, et apte compositum. Haec est οἰκονομία καὶ ἀναλογία, de qua hic legitur. — At vero in eo prae ceteris unaquaque elucet (μεγάλη haec οἰκονομία καὶ ἀναλογία τοῦ πατρὸς) quod sūmen illud Sanctum, de quo hic sermo est, binis etiam diversis rebus, mente et corpore, constans, per aliquod tempus in hoc terrarum orbe sic commorari voluit, ut coelestem patriam anhelarent, eaque digni efficerentur; a que ita cetera etiam in universi systemate ordinavit, ut eo referantur, et alia ipsorum usibus inserviant, alia ipsorum animos probe exerceant, alia salutari eos cognitione instruant. Haec, ni fallor, universe est mens Clementis. Addo iam nonnulla de verbis, quibus hic utitur Auctor, οἰκονομίας et ἀναλογίας, veraque etiam lectione. — Voce οἰκονομίας saepissime utitur Noster, proprie etiam, sed in primis *impropriæ*; neque tantum de Domini Christi οἰκονομήσει, qui usus frequentissimus est apud Veteris ecclesiae doctores, quin et totius redēctionis Salutisque mysterio, velut p. 310, 13. p. 347, 1. p. 439, 10; verum et de providentia et numine Divino, quo omnia sapientissime dispensat, et ad magnos fines se dignos dirigit. vid. p. 139, 26. p. 347, 7. p. 430, 29. ubi οἰκονομίαν et διοίκησιν (vid. v. 27.) permutat. nec uno lo-

co voce διοικήσεως hac ratione utitur. vid. not. ad p. 506, 10. atque ita et saepius Graeci Scriptores. Eleganter *Callicratides* philosophus Pythagoraeus apud *Stobaeum* p. 486, 17. μημαρτα δ' οἷος, καὶ πόλις, καττὰν ἀναλογίαν τὰς τῷ κόσμῳ διοικήσεως. Verba οἰκουμεῖν et διοικεῖν non raro etiam inter se commutari videbis. De voce ἀναλογία conferas licet *M. Meibomii*, viri Eruditissimi, dialogum de proportionibus p. 184 seq. — Restat, ut paucis moneam, me pro αὐτῶν (quod in *Combeſiſana* certisque edd. legitur, τὰ δὲ εἰς μάθησιν αὐτῶν) hic revocâsse principis editionis lectionem αὐτῷ, quam probam esse, nullus dubito. Nimirum *Caryoph.* margini adscriperat ἢσ. αὐτοῦ. *Combeſiſus* hoc vi- dens substituebat αὐτῶν, atque hoc de more in textum recipiebat. Secuti sunt ceteri, *Fellus*, *Ittigius*, *Potterus*, idque lectionis αὐτῷ memorē: quod certe mirandum, cum optime ita dicatur, αὐτῷ nempe refertur ad τὸ σπέρμα — καὶ τέκνον αὐτοῦ γνήσιον. Plerique veterum existimabant, omnia esse condita hominum, et in primis piorum, causa. Sic praeiit *Hermas*, qui in *Pastore* L. I. vit. 1^{ma} Deus — condidit ex nihilo ea, quae sunt, et multiplicavit propter Sanctam Ecclesiam suam. vit. 2^{da}, *Ecclesia Dei* — omnium prima creata est, ideo unus: et propter illam mundus factus est. L. II. Mand. XII. p. 101. ubi de Deo, qui orbem crea- vit propter hominem, et omnem creaturam subiecit homini. — Sic igitur hic dicit *Clemens*, a Deo

patre omnia esse condita, in usum seminis illius, alia quidem ad servieandū, alia ad exercendū, alia ad instruendum.

6. καὶ πάντα μέχρις ἐν ἐνταῦθα τὸ σπέρμα μένη, συνέχεται καὶ. — Congruunt haec cum iis, quae docet Petrus Ep. II. C. 3. §. 9. seqq. *Iustinus Mart.* Apol. Sec. p. 116, 13. θεν καὶ ἐπιμένει δὲς τὸν σύγχυσιν καὶ κατάλυτιν τοῦ παντὸς κόσμου. μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι καὶ δάχμονες καὶ ἀνθρώποι μηκέτι ὔστι. διὰ τὸ σπέρμα τῶν χριστιανῶν, ὃ γινόσκει ἐν τῇ Φύσει ὅτι ἀλτίν εἰν lege sequentia. Vitiosum videtur illud ἐν τῇ Φύσει ὅτι ἀλτίν εἰν forte scripsit ε. τ. Φ. ὅτι κρείττον ε. lege antecedd. et conseqq. Conf. etiam insignis locus in dial. cum *Tryphone* p. 216, 7. et seqq. Ceterum de int. ritu mundi, de quo et hic *Auctor*, et quidem per ignem futuro, etiam *Martyr* loco priore in fine, coll. p. 31, 8. et pag. praeced. 30. interitum au- tem non fore, ut in pristinum nihil recidat, sed commutationem in melius, conf. *Barnabas* Ep. p. 46. ubi vid. *Menardus*, not. 68.

§ 37.

I. Τι γὰρ ἔτι δεῖ θεῷ τὰ τῆς ἀγάπης μυσήρια; καὶ τότε ἐποπτεύσεις —. Quid haec, et qua tandem ra- tione cohaerent? Quid enim Deo amplius opus est charitatis mysteriis? et tunc Patris sinum inspicies. Mirandum certe, nemini vel levissimam labis su- spicionem fuisse obortam. plura mihi in mentem

venerunt, quae recensere nihil attinet. Inter haec etiam, legendum esse *Tl γαρ*; ἐνδε ἐν θεῷ τὰ —: Sed obstat, quod exempla ex *Clemente* desiderantur, unde illud ἐνδε firmetur. Verum quid plura? nulla litera mutata legendum, *Tl γαρ ἔτι δεῖ*; θεῷ τὰ τῆς ἀγαπης μυσήρια, καὶ τότε ἐποπτέύσεις —. Est emendatio, quae, ni fallor, omni dubio vacat. *Enimvero*, quid pluribus opus est? Specta charitatis *mysteria*, et tunc sinum Patris inspicias. Illud θεῷ locum impeditum reddidit: Scriperat, *Clemens θεῷ*, qui est imperativus verbi θέλουμαι, pro θέλει. Recentiores, *Thomae*, V. θεῷ, minus probatum, θέλει, pro θέλει, ab inusitato θέλω, posuerunt. Ita *Io Chrysost.* T. III. p. 351. A. p. 35. E., et pluribus locis. *Iſidor.* *Pelus.* L. III. Epist. p. 355. E. *Synesius*, Orat. de regno p. 14. B. Attigit hoc post *Hemsterh.* etiam *Valcken.* in Adnotat. in *Adoniaz.* *Theocriti* p. 279 A. B. — lam, diligenter, inquit, et magna cum attentione contemplator, (quod est θεᾶσθαι) charitatis (de qua egregia habet *Clem. Rom. Ep. I. §. 49. et 50*) *mysteria*, tumque, ita praeparatus et velut initiatus, vises sinum Patris. Hoc intimum sacrarium; hic Christianityi apex. Omitto, quae de verbo ἐποπτέύειν, ceterisque, quae huc spectant, dici hic possent. conf., sis, quae de his notarunt viri magni *Casaub.* in *Athen.* p. 281, 282. *Spanhem.* in *Aristoph.* *Ranas* v. 757. *Marklandus ad Max. Tyr.* p. 680, 2. *Valckenar.* in *Eurip.* *Hippol.* p. 163. Hoc tantum addo, Gnosticis, quibus Chris-

tianae religionis *τέλος* et summum culmen erat ἡ γνῶσις sive γνωσικὴ σοφία, tanquam quae sit ἐποπτεῖα θεοῦ, qui hanc adepti essent, dictos suisse ἐποπτεύειν τὸ θεῖον, et *Clementem nostrum*, in libris maxime *Stromatum* eas loquendi formulas saepenumero usurpare. Sic *Strom.* L. I. p. 324, 46. dicit τὴν κατὰ τὴν ἐποπτικὴν (quomodo certissime cum Cl. Editore legendum pro ὑποπτικὴν) θεωρίαν γνῶσιν. vid. ibi not. conf. et p. 325, 10. p. 130, 2. dicit ἐποπτεῖαν θεοῦ. p. 88, 12. habemus τὸν ὄντας ὄντα θεὸν ἐποπτεύειν. p. 91, 29. κατοπτεύειν θεὸν, καὶ τοῖς ἀγίοις τελεσθῆναι μυσηρίας — vide locum. Iterum ἐποπτεύειν τὸ θεῖον p. 14, 31. Sed egregius in primis est locus p. 92, 30 seq. ubi exultans veluti ita scribit: ω τῶν ἀγίων ὡς ἀληθῶς μυσηρίων ὁ Φωτὸς ἀκηράτου. δρόσουχοῦμαι, τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν θεὸν ἐποπτεύσας· ἄγιος γίνομαι μυούμενος. ιεροφαντεῖ δὲ ὁ κύριος, καὶ τὸν μάτην σφραγίζεται Φωταγωγῶν.

2. ὃν ὁ μενογενῆς ὑδες θεὸς μόνος ἔξηγήσατο. respicit *Ioh. I. 18.* Apprime huc facit locus T. I. p. 10, 2. ubi, postquam laudasset *Ioh. X. II.* et *Matth. XI. 27*, ita pergit. θύραν δὲ, εὖ οἰδ', ὅτι τὴν ἀποκεκλεισμένην τέλος ὁ ἀνοιγόντος, ὑπερον ἀποκαλύπτει τάνδον, καὶ δείκνυσιν ἡ μήτε γνῶναι οἶον τε ἢν πρότερον, εἴ μη διὰ χριστοῦ πεπορευμένοις, δι' οὗ μόνου θεὸς ἐποπτεύεται. Ceterum animum hic advertit illud ὑδες θεοῦ. Nimirum pro ὑδες in loco *Ioh.* plures veterum habent θεος, quod et non una versio expressit. Vid. quae *Millius*, *Wetsten.*, *Griesb.* hic no-

tarunt. Verum sibi hic, ut saepius, non constat Noster. p. 695, 2. laudat δούλογενῆς θεός, et p. 422, 2. ίδιας μουτγενῆς, atque ita etiam Basil. Magn. de quo pluribus dico in Excursu 1^{mo}.

3. δι' ἀγάπην ἡμῖν ἔθηράθη. vertit Caryophilus, per amorem nolis captus est. Combefisius, ceterique, qua et venatu nobis captus est. Fellus tamen, ἔθηράθη corruptum esse merito censens, legendum videri notat ἔθηράθη, quod ex sequentibus petitum. Sed unice verum hic est ἄνακραθη, ut emendavit Cl. Valcken. in Eurip. Hippol. p. 191, 1, 2. ubi plura exempla, quae docēantur, in scriptoribus Ecclesiasticis, de intima mixtura adhiberi verbum ἀνακραθῆναι. sensus est nobiscum se commisicuit, artissimo se nobis vinculo sociavit, quod dein explicat; in primis autem, dum humanam naturam induit Dei Filius, de quo mox expressius Clemens. Iam olim ex usu illo ἀνακραθῆναι de artissima coactione et consociatione emendavi locum Ignatii in Epist. ad Smyrnaeos §. 3., ubi de discipulis Domini post resurrectionem, καὶ ιὐθὺς ἦψαντο, καὶ ἐπίστευσαν κρατιθέντες τῇ σφράγει αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. in MSS. legebatur κρατέντες, quod non intelligentes mutarunt in κρατιθέντες. Scripsierat S. Martyr ἐπιστολαῖς ἀνακραθέντες —. Simil etiam monui, Veleires Ecclesiae doctores, Graecos et Latinos, verbā ἀνακράννυσθαι, συγκεράννυσθαι, κατακράννυσθαι, συμμίγνυσθαι, misteri, commisceri, permisceri potissimum adhibuisse de artissima naturarum in Christo unitione, sive copulatione et coniunctione. Quae-

dam

dam hic notavit Cl. Venema Hist. Eccl. T. IV. p. 510. Nonnulla addo. Vetus interpretatio apud Irenaeum L. III. contra haereses C. 19 §. 1. p. 212. haec habet: Propter hoc enim Verbum Dei homo, et qui Filius Dei est, filius hominis factus est, ut commixtus Verbo Dei, et adoptionem percipiens, fiat filius Dei. (ita enim legendum) in Graecis est, ήτα δὲ ἀνθρωπος τὸν Λόγον χαρήτας καὶ —: scripsierat autem Irenaeus τῷ Λόγῳ ἀνακραθεῖν vel συγκραθεῖν. conf. ibi not. Hippolytus de Antichristo. §. 4. p. 6. δὲ Λόγος τοῦ θεοῦ ἀσπρος ὃν ἐνεδύσατο τὸν ἄγλειν σάρκα — ὅπως συγκεράστας τὸ θυητὸν ἡμῶν σῶμα τῇ ἑκυτοῦ δυνάμει καὶ μίξας τῷ ἀφθάρτῳ τῷ Φθαρτὸν καὶ τὸ ἀσθενὲς τῷ ισχυρῷ σώμῃ τὸν ἀπολλύμενον ἄνθρωπον. vid. ad eum l. Io. Alb. Fabricius. Novatianus de regula Fidei C. 24. p. 188 Hic est enim legitimus Dei filius, qui ex ipso Deo est, qui, dum Sanctum istud assumit, et sibi filium hominis annexit, et illum ad se rapit atque transducit, connexione sua et permixtione sociata praefstat, ut filium illum Dei faciat, quod ille naturaliter non fuit. Caecil. Cyprianus de idolorum vanitate ad calcem Octavii Minucii Fel. p. 399. extr. hic in virginem delabitur; carnem spiritus Sanctus induitur; Deus cum homine miscetur. Tandem his accedat Theodorus Studites qui Antirrhet. I. p. 72. C., (ed. Sirmondi) Ἐπεὶ δὲ δι' ἀσφράγη ἀγαθότητα εἰς ἀνθρωπεῖαν Φύσιν ἐλήλυθε, γενόμενος καθ' ἡμᾶς ὁ εἰς τὴς τριάδος καὶ γέγονε τῶν ἀριστῶν μίξις, καὶ τῶν ἀκράτων κράτος —. Non multum abit, ut hoc

addam, quod dixit Noster p. 177, 29. ἀναλόγως τονυν κίρυκται, δὲ μὲν εἰνος, τῷ ὑδατι· τῷ δὲ ἀνθρώπῳ, τὸ πνεῦμα· qui etiam scripsit p. 885, 24. τῷ πνεύματι τῷ ἀγίῳ ἀνακραβῆναι, quomodo et Origenes in egregio libello de Oratione T. I. p. 212. E. ἀνακραβῆναι τῷ τοῦ κυρίου πνεύματι. Synes. Hymno 3^{io} vs. 718. scripsit πριγόνῳ Φωτὶ μιγῆναι. vid. et vs. 726. Basile. M. συγκραθῆναι τῷ ἡλιῳ τῆς δικαιούντης T. II. p. 614. D.

4. καὶ τὸ μὲν ἄρρητον αὐτοῦ πατήρ· τὸ δὲ εἰς ἡμῶν συμπαθὲς, γέγονε μήτηρ. ἀγαπήσας δὲ πατήρ, ἐν λύνῃ. Illud τὸ δὲ εἰς ἡμῶν συμπαθὲς si scriperit Clemens, exponendum est, quod vero ad commiserationem nostri attinet, quomodo εἰς aliquando usurpant. Sed hoc paulo coactius. pro vitiis potius habendum, quod et censuit Combesius, qui ededit εἰς ἡμᾶς, atque ita scribendum esse, monuit etiam Cl. Potterus: exemplum desidero vocis συμπαθῆς cum εἰς constructae: cum πρὸς legitur apud Philonem Iud. p. 42. A. Malim ego' quidem, praepositione expuncta, τὸ δὲ ἡμῶν συμπαθὲς. Apostolus in Ep ad Hebreos C. X. 34. Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς (sic enim. legendum videtur pro τοῖς δεσμοῖς μου) συνεπαθήσατε. — Ait Hierocles in Fragmentis p. 304., οὗτε δὲ συμπαθέσερον τι γυναικὸς ἔνροιμεν ἀν· omnia vincit materna sororὶ in liberos. hinc etiam Noster τὸ δὲ ἡμῶν συμπαθὲς γέγονε μήτηρ. Verum quod ad illud, τὸ μὲν ἄρρητον αὐτοῦ πατήρ, Veterum plurimi docuerunt, Deum esse ἄρρητον, ἀγέκφρατον, eximie Patrem. Iustinus Martyr Apo-

log. Sec. p. 125, 14. (ed. Thirlb.) de Christo: ἐπειδὴ δύναμις ἐστι τοῦ ἄρρητου πατρὸς, καὶ εὑχὴ ἀνθρώπου λόγου τὰ σκεύη. forte scripsit κατατκεψη. conf. et p. 128, 5. et p. 133, 1. Eusebius ad calcem Demonstr. Euang. L. III. contra Marcellum C. 6. D., Patrem Domini Nostri I. Chr. dicit ἄρρητον τὸ ἀγαθὸν —. Conf. et L. I. C. 12. p. 71. sic et Synesius Hymno 4^{to} vs. 130. scq. Λόγος, ὃν μεγάλῳ Πατρὶ συμενοῦν, Νοος ἄρρητον Τίκτει σε πατρὸς. hoc e Platonis schola, ubi Deus frequenter est νοῦς mens, de quo notavit Casaubon. in Exercit. contra Baron. Exerc. I. No. X. p. m. 57. atque ita etiam, idem Synesius paulo post v. 227. scq. πάτερ ἀγνῶσε, πάτερ ἄρρητε, "Αγνῶσε νόο, "Αρρητε λόγῳ. — Conf. et Hymn. 3^{io}, vs. 153, 157, 177. Vox ἄρρητος Elegantisimo scriptori maxime, in deliciis vs. 227. ἄρρητε γονά. 245. — γονάς Τὰς ἄρρητες vs. 403. Τὸν ἀπ' ἄρρητων Ἐχεας πόλιτων (ita ad Patrem de Filio) Hymn. 4^{to} vs. 141. de Deo etiam Patre Μονάς ἄρρητος, ubi et vs. 199 'Εξ ἀρρήτων Πατρικῶν πόλιτων Κρυφίας μονάδος. Hymn. 5^{to}. vs. 4. "Αρρητοί πατρὸς βουλαὶ, vs. 10. ἄρρητος ἐνβλάτη. plura non congero. Addo tantum composita: "Οργια τὰ πανάρρητα Hymn. 2^{do} vs. 90. et ἀρρητόνος Hymn. 3^{io} vs. 202. Longe ab his diversus Arius, qui Patrem ipsi Filio ἄρρητον dixit. vid. Dan. Heinicus Proleg. in Aristarchum S. p. 690, 32. cum praecedet. Fuit, quam pro ἄρρητον hic legerem ἀστρατον, argumento, quod in mente hic habuerit illud Iohannis L. c. 66ν οὐδεὶς ἔφρακε πώ-

ποτε, et Veteres doctores Deum saepe ita appellarent: velut *Io. Chrysost. T. I. p. 463. C. D.* (ubi paulo post, quod obiter moneo, τοῖς χαμαὶ ἐρχομένοις male mutatur in τ. χ. ἐρπομένοις) Verum aliquando utrumque ἄρρητον et ἀόρατον iungunt. *Irenaeus L. IV. C. 6. §. 3.* Patrem dicit *invīsiblēm* et *inenarrabīlēm*. Sed peropportunitus hic in primis est *Clementis nostri locus p. 695. 3.* ubi, postquam verba *Iohannis laudāset*, ita pergit: τὸ δὲ ἀόρατον καὶ ἄρρητον, κόλπον ὀνομάσας θεοῦ, βαθὺν ἀντὴν κεκλήκασιν ἐντεῦθεν τινες — Adscribitur hic in nobis, *Homerum κόλπον* dixisse βαθὺν, quod plane ἀπροσδιδόντες: non enim de *sinu*, sed de *Deo* hoc dicit, quod ipsa verborum sententia et sequentia clare docent. At qui Deum dixerit βαθὺν, novi neminem. Scripsit *Clemens* non βαθὺν, sed βαθὺν ἄρρητον et βαθὺς idem *Valentinianus*, ut notavit *Pearson Vindic. Ignat. p. 377. conf. et p. 383.* *Synesius* etiam deinceps non tantum dixit βαθὺν ἄρρητον *Hymn. 3^{to} v. 189*, sed et βαθὺν πατρὸν *Hymn. 2^{do} vs. 27.* Ceterum quid, si et hic utrumque scriperit, τὸ μὲν ἀόρατον καὶ ἄρρητον αὐτοῦ, πατὴρ? — Addit hic ἀγαπήσας ὁ πατὴρ ἔθηκεν foeminam induit. Scribit *Casaubonus l. c. p. 59.* „Cum statim ait (*Hermes Trismegistus*) ὁ θεὸς ἀρρενοθῆλυς ἦν, Deus est masculofoeminus, revocat in mentem mihi, Valentini aeones apud Epiphanium, quos ipse appellabat eadem voce, tanquam ex utroque sexu mixtos. Ego non dubito, caeteris Platonicorum speculationibus

„hanc

„hanc esse accensendam. Itaque mellitisimus Platonicorum, *Synesius*, ab ea non abstinuit, qui in hymno tertio ita canit de Deo: Σπέρμα τὸ πάντων: Πίζα καὶ ὄρπαξ, Φύσις ἐν νοερῖς, Θῆτα καὶ ἄρρεν.” Leguntur haec verba vs. 183. seq. Multus in his est *Synesius*. *Hymn. 2^{do}, v. 63.* Σὺ πατὴρ, σὺ δὲ ἐστι μάτηρ. Σὺ δὲ ἄρρητην, σὺ δὲ βηλυς. τίκτεν de Deo *Patre* supra iam habuimus. sic et *Hymn. 3^{to} vs. 203 conf. v. 228. seq. et 249. ib. ib. v. 226. ἀδις ιερὰ. *Hymn. 4^{to} v. 95.* Spiritum Sanctorum etiam dicit ὁδῶν πατὴρ, ubi et in proxime sequentibus longius procedit. vid. et *Hymn. 6^{to} vs. 6.* Nullus propter haec dubito, quin, quae *Noster* hic habet, ex doctrina etiam *Platonica* manarint. Multo certe satius fuisset ab istis talibus hic abstinere. philosophia abusus *Clemens* modum in mysterio explicando omnino excessit.*

5. Καὶ τούτου μέγα σημεῖον, ὃν αὐτὸς ἐγένυσεν εἰς αὐτοῦ. in Prima ed. εἴξ αὐτοῦ. Crebro, quod notum, haec confunduntur. Laudavit hoc Cl. H. Venema Hist. Eccl. p. 4. 3. T. III. ubi plura. Plures priorum seculorum doctores dixerunt, *Filium a Patre esse genitum secundum eius voluntatem et potentiam*, quod ib. docuit p. 410. 415. et alibi. *Noster* hic significat, *Patrem ἀγαπήσαντα* sive δι' ἀγάπην *Filium* genuisse: ita statim addit δὲ τε χθεὶς εἰς ἀγαπῆς καρπὸς, ἀγάπη. T. p. 150, 13, postquam dixisset, *Deum bonum esse propter se ipsum, iustum autem nostri causa, et quidem, quia bo-*

2. καὶ εὑροτος ἄμα καὶ θεραπεύοντος. De usu verbī εὑρεῖν, quod proprie notat *adstringere*, *adstringendo condensare*, in lanis alumine, quod συπτικὸν dicitur, (*adstringendi* quippe vi praeditum) repurgandis et colore inficiendis, notavit *L. Kusterus* ad *Iamblichum de vita Pythagorae* p. 63. Composito ἐπιεύθειν Nostrum metaphorice non raro ut pro *castigare*, *obiurgare*, ut hoc loco simili verbo, monuit *H. Berglerus* ad *Alciphr.* p. 17. *Loca*, quae laudat, in novissima edit. leguntur p. 143, 7. et p. 147, 18. Qua ratione haec inter se connexa sint et apta, docet *elegius Clementis* locus p. 144, 22 —. εὔμαχι δὲ αὐτιροτάτῳ παρ' ἔκαστα προσχρῆται τῷ Φόβῳ, ἀναπομῶν ἄμα καὶ ἐπιστέφαν δι' αὐτοῦ, πρὸς σωτηρίαν τὸν λαδὸν καθίπερ καὶ τὰ βαπτόμενα τῶν ἑρίων προσύφεσθαι φιλεῖ, εἰς βεβαίου εὐτεριζόμενα τῆς βαθὺς παραδοχήν. p. 147, 28. de *Servatore*. ὁ δὲ οὖ μόνον τὰ ἡπτικά ἐπιπάσσει Φάρμακα, ἀλλὰ καὶ τὰ συπτικὰ. p. 150, 32. dicit τὴν περὶ τὸ ἐπιεύθειν τὴν ἀνθρωπότητα δικονομίαν. magis proprie p. 177, 10. *vinum* appellat, τὸ ἐπιεύθον βούθημα, p. 212, 17. *rosarum* et *violetarum* odores scribit συζέλλειν καὶ ἐπιεύθειν τὰς

κα-

παρηθερίας[•] et p. 216, 2. de *myrsino* unguento esse συπτικὸν, παρκατέχει τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀποφορὰς. in *Conflit. Apostol.* L. I'. C. 22. Episcopus monetur, eos, qui erudiendi sunt, δεῖσθαι τῶν συπτικῶν ἢ παρακλητικῶν λόγων[•] ἐπιεύθειν, ut hic εὑρεῖν, etiam *Chrysost.* T. I p. 243 C. Egregie autem hic iunctum εὑρεῖν καὶ θεραπεύειν: per acriorem enim admonitionem, increpationem, verborumque castigationem, qua vitia in memoriam revocantur et graviter ob oculos ponuntur, sanitas vere paratur. Pulchre vir *Sanctus Ps.* 141. 5. Multus est *Clementis* in gravi hac doctrina, paedagogum nostrum, τὸν Λόγον, in salutem nostram acerbioribus saepe remediis uti. vid. p. 8, 6 seqq. p. 142, 11 —, 33 —. p. 153. pluribus; p. 175, 9. opportunus hic in primis est locus p. 136, 37 θεραπεύεται δὲ πολλὰ τῶν παθῶν τιμωρίᾳ καὶ προσάξει αὐτιροτάτων παραγγελμάτων. Ceterum in amicitia amicorum bene suadentium plurimum debere valere auctoritatem, eamque et adhibendam esse ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, scribit *Cicero de amicitia* C. 13. conf. et *Max. Tyr. disf.* 20. § 4.

3. οὐ δὲ γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς συμφέρει τὸν ἀεὶ χρόνον ἀκολάσσοις μένειν, ἀλλὰ καὶ δακρύσαι καὶ δυχθῆναι ποτε ὑπὲρ τῆς ὑγιείας τῆς πλείονος. Ὁφθαλμὸν ἀκέλατοι οὐσιοὶ, q. d. *non castigati, intemperantes, lascivi* platura de hac voce notavit *Marklandus* ad *Max. Tyr.* p. 700, fine. — De oculis etiam δάκνεσθαι et δακρύειν *Dio Chrys.* p. 398. D., ἐπειδὴ αὐτοῖς (oculis

lis

lis nempe) ἐνήκετο (legendum, ut puto, ἐνετήκετο) τοῦ μέλιτος, οἱ δὲ ἑδάκνυστο τότε καὶ ἑδάκρυν. Ut hic Clemens dicit, esse hoc ὑπὲρ τῆς ὑγείας τῆς πλείους, sic p. 137, 9. *admonitionem*, et alia huius generis, διατείνειν εἰς σωτηρίαν καὶ ἀτόμου ὑγείαν.

4. ἀποτυφλοῦται γὰρ ἀπὸ τῆς τῆξεως, ἐὰν ἀκίνητος τῷ παρρησιαζομένῳ λόγῳ. Male Combef. ceterique ediderunt ἀποτυφλοῦνται^o *Potterus* iamen, et recte, monuit, scribendum esse ἀποτυφλοῦται, ad-dens paulo superius legendum etiam κατορθοῦται: verum hoc non necesse: refertur enim illud ad πάνη σύντροφα^b ἀποτυφλοῦται autem ad ψυχὴν. et, sicut ibi κατορθῶνται, ita et hic ἀποτυφλοῦται *Prin-ceps* editio. — Quemadmodum hic de animo, ἀποτυφλοῦται ἀπὸ τῆς τῆξεως, sic apud *Hieroclem* p. 82. ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ ὑπὸ τῆς προτιθέσθαις ἀποτυφλουμένη. — Ad τῆξεως in margine scribit *Carthagorh.*, ισ. προτῆξεως: minus recte: non satis intellectum, quid hic sit τῆξις. idem est ac quod praecedit, ὥδον, *mollities* nempe, *lascivia*. de metretice *Manetho* in *Apotel.* L. V. 143 — πολλοὺς τύκουσαν ἔραστας (hoc enim malim quam ἔραστας.) in *Anthol.* L. VII. p. 587.

Τῷ θαλλῷ Διδύμη με συνήρπατεν^c ὡς μοι, ἐγὼ δὲ
Τύκουμαι, ὡς κυρὸς παρ' πυρὶ, κάλλος δρῶν.

Illegibris suis, tanquam ramo ovem, me abducit Didyme. (ut optime exponit *Toupius* in Add. in *Theocrit.* T. II. ed. *Wart.* p. 396.) *Hei mihi!* ego autem liqueresco velut cera apud ignem, pulchritudinem videns. Τακερὸν τι καὶ βέσαν ἐν τοῖς σκηναῖς

πά-

πάθος ἀνυγραψαν *Lucian.* in *Amor.* T. II. p. 413, 25. ubi plura docte notavit *J. G. Graevius.* ταχερὸν βλέπειν molliter et petulantibus oculis intueri est apud *Alciph.* p. 116, ubi et non protrita *Berglerus.* Τηκεδῶν διφθαλμοῦ est hominis libidinosi, aemuli, et obfoeni. vid. *D. Heins.* Lect. *Theocr.* C. 4. — Pro παρρησιαζομένῳ olim legebām παρρησιαζομένου, (τῷ τοῦ παρρησιαζομένου λόγῳ) ut paulo ante dixit, μελέτησον ἀκούειν καὶ ἐνδε παρρησιαζομένου: iam vulgatum non displiceret. contendere mihi locum *I Socratis*, quem, quia ad ea, quae *Clemens* hic monet, egregie respondet, totum describam: legitur p. 167. C. ταῖς δὲ ψυχαῖς ταῖς νοσούσταις καὶ γεμούσταις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν, οὐδὲν ἐσὶν ἄλλο Φάρμακον, πλὴν λόγος δὲ τολμῶν τοῖς ἀμαρτανεμένοις ἐπιπλήγγειν. hic est δὲ παρρησιαζόμενος λόγος.

5. τοῦτον καὶ δργεσθέντα Φοβήθητι, καὶ σενάξαντα λυπήθητι, καὶ δργὴν παύσατα αἰδέσθητι, καὶ κόλασι παραιτούμενῳ φάσον. Cum priori illo conferre licet hoc *Basilii M.*, quamquam paulo diversum, *Epiſt.* XXI. T. III. p. 98. C. ὥδιον γοῦν ἀν τις ὕδαι δργηζόμενον τὸν ἀγαπάμενον, ἡ θεραπεύοντα ἔτερον. *libentius* certe ruderit quis amicum irascentem, quam alium obsequium praestantem (*vel colentem.*) Egregie post plura praecclare dicta, de *Divino paedagogo Noster* p. 142, 26. — ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμπαθὲς τῆς δργῆς εἰ δὲ δργὴν τὴν νοοθεσίαν αὐτοῦ χρὴ καλεῖν^d *Philálithras* τοῦ εἰν — porro et irae affectio (*si iram vocare par est eius admonitionem*) plena est benivolentiae in homines. — Deinde σενάξαντα λυπήθητι sine dubio vi-

ti.

tiosum. legebam olim, σενάξαντι συλλυπήστι συλλυπησται et συγχαίρει opposita. *Apostolus Rom. XII, 13.* χαίρειν μετὰ χαίροντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαίοντων. *Horat. in arte poët. v. 101.* Ut ridentibus adrident, ita flentibus adflent Humani rostus. Consules ibi, si iubet, de lectione adflent pro vulgata adsunt, Bentlejum, et quae, Parentis sui causam agens aduersus *Tanag. Fabrum*, notavit *Nic. Heinsius* ad *Ovid. L. II. art. amat. v. 660*. Verum deinde pro λυπήστι scribendum esse existimavi εὐλαβήστι, quod hic elegans. τοῦτον καὶ δρυιτέντα φοβήστι, καὶ σενάξαντα εὐλαβήστι, καὶ δρυὴν παύειντα αἰδέσθητι. — Denique pro παραιτημένῳ legendū παραιτούμενον. Φθάνει enim cum accus. significat anteverttere, praevenire; vid. *Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 982.*: *poenam deprecatione a te avertere studentem anteverte*.

6. ὑπέρ σου πολλὰς νύκτας ἀγρυπνιστῶ, πρεσβεύων ὑπέρ σοῦ πρὸς θεὸν, καὶ λιτανεῖσι συνήθεσι μαγεύων τὸν πατέρα.

Pro ἀγρυπνεῖν ὑπέρ τινες, *Philostratus p. 328.* sub finem dixit προεργυορεῖν τινες, quod ut rarius notandum. — De solemnibus vigiliis et precibus nocturnis multi abunde notarunt: nonnulla etiam viri Docti ad *Min. Fel. Octav. p. 78, 79.* verum de his hic non est sermo. *Noster de somno agens, laudato leco Luc. XII. 35, 36, 37.*, T. I p. 218, 9 —, scribit πολλάκις καὶ τῆς νυκτὸς ἀνεγέρτεον τῆς κοίτης, καὶ τὸν θεὸν εὐλογητέον. Μακάριοι γάρ εἰς ἐγρυπνοφότες εἰς αὐτὸν, σφῆς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες

αγ-

ἀγγέλοις, τῶς ἐγρυπνόντος καλοῦμεν. hoc olim moris erat veris Domini cultoribus: At hic ἄνθρωπος θεοῦ, qui non pro se, sed pro homine superbo et divite plures etiam noctes insomnes dicit, pro eo preces Deo allegans, sic πρεσβεύων πρὸς θεὸν. *Theodoreetus ad 1 Thesf. V. 13.* Τὸ δὲ προταμένους ὑμῶν ἐν Κυρφ, exponit ὑπερυψημένους ὑμῶν, καὶ τῷ θεῷ τὸν ὑπὲρ ὑμῶν πρεσβείαν προσφέροντας. — Pro συνήθεσι aliquando legebam συνεχέσι: εὐχαὶ συνεχεῖς frequens in primis apud *Ioa. Chrysostomum*: sed iam nihil mutio. — μαγεύων τὸν πατέρα. laudavit hoc *Car. Du Cangius* in *Gloss. M. et I. Graec. v. Magieūm*. Si μαγεύων genuinum sit, scripsit, ut puto, *Clemens*, μαγεύων πρὸς τὸν πατέρα, quemadmodum sic legitur apud *Polybium* in *Reliquiis. L. XV. C. 29.* T. III. (ed. noviss.) p. 552, 9. μαγγανεύειν πρὸς τὰς θεὰς, (*Cererem et Proserpinam*) in precibus blanditiis et verborum lenociniis uti ad Deas flectendas. sic igitur et hic καὶ λιτανεῖσι συνήθεσι μαγεύων πρὸς τὸν πατέρα, et consuetas supplicationes cum multo lenocinio faciens ad Patrem flectendum. At posse adeo sequitur, οὐ γὰρ —. Si cui tamen haec coniectura minus arrideat, mecum pro μαγεύων legat μασεύων. nihil elegantius ex mente *Auctoris*; quam ut intelligas, lege mihi hunc eius locum in *Paedagogo p. 125, 26* —. ἡμῖν δὲ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἡ τροφὴ τοῖς μηποῖς, τοῖς ἀμέλγοντι τὸν Λόγον τῶν οὐρανῶν ἐντεῦθεν τὸ ζητῆσαι, μασεύσαι καλεῖται ὅτι τοῖς ζητοῦσι μηποῖς τὸν Λόγον αἱ πατρικαὶ τῆς Φιλανθρωπίας θηλαὶ χορηγοῦσι τὸ γαλα. *Nobis*

αγ-

autem ipse Christus est alimentum, infantibus nempe, qui Verbum cœlorum exsugimus. Hinc quæ rere Graecis dicitur μαζεύσαι, quod infantibus, qui Verbum quærunt, paterna benignitatis ubera lac suppeditent. Huc adeo respexit hic Clemens, hinc et addens, οὐ γὰρ ἀντέχει τοῖς τέκνοις ἄυτοῦ τὰ σπλάγχνα δεομένοις. Ceterum, quoad rem, conf. Hermae Pastor L. III. Simil. 2da p. 104.

7. ὑπό σου προτιμωμένος ὡς ἄγγελος τοῦ θεοῦ. recte vertunt, si a te honoretur velut Dei angelus. possis forte προτιμᾶν ita intelligere, ut sit honorare propter acceptum ante beneficium; sicuti Cl. Wessel προσδεῖθαι apud Herodotum L. I. C. 61. exponit reverentiam ob acceptum ante beneficium, et gratum animum, testari. Sed tamen praefat simpliciter accipere pro honorare, τιμᾶν. In pluribus verbis composita cum πρὸ nihil plus dicunt, quam simplicia. Ita προτιμᾶν Dio Chrys. p. 4. B. ἐσὶ δὲ πρῶτον μὲν θεῶν ἐπιμελῆς, καὶ τὸ δαιμόνιον προτιμῶν, divinitatis cultor. sic et in Homil. Clem. III. §. 62. ὡς εἰκόνα τοῦ θεοῦ προτιμῶντας. Quid plura Noster pro composito simplice usus, scripsit T. I. p. 82, 25. καὶ τὸν μὲν κόραν τετιμήσαντι, ὡς ἄγγελον θεοῦ.

8. Τοῦτο ἐσὶ μετάνοια ἀνυπόκριτος. — Pro τοῦτῳ ἐσὶ ex prima edit. hic legis τοῦτο ἐσὶ. Ceterum haec non referuntur ad proxime antegressa, sed ad ea, quae dicta sectione praecedente. quocirca ea, quae hoc et praecedente articulo leguntur, rectius non divulsa fuisse.

9. πάσιν ἔγγύς ἐσι τοῖς πισεύσοι —. Usus est hoc loco Cotelerius ad Hermae Past. L. I. p. 78. ubi vide.

§. 42.

1. ἀποστόν μῆθον, οὐ μῆθον, ἀλλὰ ἔντα λόγου περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου παραδεδομένου, καὶ μηδηποτε φύλαγμένου.

Notatu digna et perutilis est, quam hic refert Clemens, historia latronis a Ioanne Apostolo ad meliorem frugem, mirabili modo, perducti. Eandem ex *Nostro* memorat Eusebius Hist. Ecclesiast. L. III. C. 23. memorant et alii. Vid. Praeclarissimi I. A. Fabricius in Cod. Apocrypho Novi Testamenti. Vol. I. p. 536, Thom. Ittigius in praefat. ad operum Clementis Alexandrini supplementum §. 10. et Frid. Adolph. Lampe in Prolegom. ad Comment. Euangeli secundum Ioannem L. I. C. 5. §. 3. seqq. Dissentient hic viri Bruditi, alii hanc narrationem tanquam vetam et genuinam recipientes, alii eam in dubium vocantes, aut etiam inter fabulas collocantes. Cl. Lampe, librat's, quae pro utraque sententia afferuntur, argumentorum ponderibus §. 9. in opinionem Combefisti et Clerici discedit, fundamentum nempe historiae verum, sed commentitiiis eam circumstantiis exornatam fuisse, quae illam ex historia in μῆθον mutaverint; atque hanc optimam rationem esse putat, cur Clemens illam μῆθον οὐ μῆθον dixerit, nimirum ut sic

doceret, esse aliquid in hac historia, quod fabulae simile, et ad instruendum fictum videatur, ita tamen ut aliquid vere gestum comprehendat. Hac quidem in parte paulo secus sentio. μῦθος, ut fabula apud Latinos, designat omnem veterem historiam, antequam litteris consignari et sermone pedestri exponi coepisset, at scribit Ill. Heynius ad Virgil. T. II. disquis. II. de rerum cet. p. XLI. deinde, usu sic volenie, posita utraque vox pro omni re facta et commenticia. Notetur hic locus Eustathii in Hom. II. A. p. 89. (ed. Rom.)

Σημείωσαι δὲ ὅτι μῆνος ἀεὶ ὁ παιπτής ἀπλῶς τὸν λόγον Φησὶ· τὸ δὲ ἐπὶ φευδούς λόγου τεθῆναι ἀντὸν, τῶν ὑστέρων ἐστι. lege et sequentia, ubi plura exempla profert, unde constet, aliter saepissime non paucis vocibus usos esse veteres, aliter recentiores. Apud Homerum igitur, apud quem pluribus locis recurrunt, μῦθος semper simpliciter Sermonem notat, atque adeo μῦθος et λόγος idem sunt. Μῦθος et λόγος, pari modo scribit Henr. Vales. in notas Mauſfaci ad pag. 233. col. 2. l. 9, confundi solent; nam μῦθος nil aliud est, quam παλαιός λόγος. sic μύθος Περσικὸς dicit Iſocrates in Panegyr. p. 143.⁹ Sophocli μῦθος in Antigone v. 1190. (ed. Brunck.) est, qui paulo ante ὁ λόγος. Ad recentiorem autem usum spectat Ammonii adnotatio. Μῦθος καὶ Ἰστορία διαφέρει. Ιστορία μὲν γὰρ γεγονότα πράγματα περιέχει, ὁ δὲ Μῦθος διαπεπλασμένα καὶ φευδῆ. ita pro usu et figmento ingenii in Cebetis tabula non prouul a principio, γραφή τις ἔστιν καὶ μῆνος ἔχουσα

iii.

ἰδεος peculiaria ſibi commenta. Dicit adeo Clemens ἀπονοσον μῦθον, audi μῦθον, sed, ne quis vulgari ſenſu et ex recentiorum conſuetudine v. μῦθον accipiat, addit οὐ μῦθον, ἀλλὰ ἔντα λόγου περὶ Ιωάννου τοῦ ἀποſτόλου παραδεδομένου καὶ μνήμη πεφυλαχυμένου, non ſegmentum, ſed veram narrationem, hiftoriam, de Ioanne Apoftolo traditam et memoriae commendatam. Max. Tyr. Disſ. XVI. §. 1. ὁ Ἐπιμειδος εἴτε μῦθος, εἴτε καὶ ἀληθὴς λόγος. plura Marklandus p. 711. — Ceterum τύραννος, quem proxime memorat, est Domitianus. v. Euf. l. c.

2. ὅπου μὲν ἐπισκιπούς κατατίθεται, ὅπου δὲ ὄλας ἐκεκλησίας ἀριθμον, ὅπου δὲ κλῆρον, ἕνα τέ τινα κληρώσων ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημανομένων. Male edd. Felli, Itigii, Potteri hic ante υπὸ τοῦ πνου. σ. omittunt τῶν. — Inſignis est hic locus, ex quo conſtat, Ioannem Apoftolum sub finem vitae, postquam ab exilio rediſſet, rem Christianam in Asia minore, ſummo studio ornaſſe et amplificasse, Eccleſias nonnihil collapsas in initiis Traiani instaurando, novasque paſſim singulari vigore, non ſive numine Divino, formando. — Observari hic in primis merentur poſtrema illa verba, ὅπου δὲ κλῆρον, ἕνα τέ τινα κληρώσων τῶν υ. τ. π. σ. Legendum cum Valesio ad Euseb. I. l. ὅπου δὲ κλῆροψ ἔντα γέ τινα κληρο —. Monuit et hoc Potterus, atque ita edidit Combefiſius. Conſenſit Venema Hist. Eccl. T. III. p. 500, ubi notat, Phrasin κλήρον κληροῦν ſignificare, vel in clerum adlegere, vel ſortē id facere, ſive Ioannes vere uſus fuerit fortitio-

ne, ad exemplum Apostolorum *Act. I. in Matthiae electione*, sive divino instinctu, fortis locum obtinente, peregerit. Κληροῦν nimirum et ἀληροῦσθαι apud Scriptores Ecclesiasticos crebro usu significant *clero adscribere*, *clero adscribi*. vid. *Ioh. Casp. Suerus Thes. Eccl. v. Κληρόν*, et *Car. Du Cangius in Glossf. M. et I. Gr in Κληρωθῆνται*. Primi, qui κλήρου cleri, appellatione usu sunt, et clericorum distinctum ordinem memorarunt, sunt *Clemens Noster et Tertullianus*, ut l. l. monuit *Cl. Venema*, qui et inde hanc appellationem repetit, quod v. κλῆρος in genere exprimat, quod alicui quo-cunque modo obtingit, unde translatum ad munus et laborem demandatum, atque hinc ad munus ecclesiasticum; addens autem „Sed sicut in ordinem et plebem distinctio a Romanorum institutis, ita in Clericos et Laicos tracta est a Iudeorum sacris, et tunc maxime invaluit, quando praelati ecclesiae sibi peculiarem ad Deum piae reliquis adrogarunt praerogativam, quatenus Deo in specie consacrati, et eius fors ac haereditas censerentur, simul aliquod sacerdotium regale, ad imaginem Vet. Test., se facere putaverunt.” De distinctione hac *Clericorum et Laicorum* (quod non men apud *Clem. Rom. Ep. ad Corinth* §. 40 a nonnullis male hic refertur, ut idem vir Magnus observat) vide, si placet, *Gul. Beveregii Cod. Canonum eccl. prim. illusfr. L. II. C. X. §. 2. Io. Meurs. Glossar. Graeco-Barb. v. Λαϊκός*, et *Desd. Heraldi Anim. ad Arnobii L. IV. p. 191.* — Ver-

Verba ἔνα γέ τινα τῶν ὑπὸ πνεύματος σημανομένων significant unumquemque eorum, qui a Spiritu Di-vino indicabantur. ita εἰς τις saepius pro εἰς et εἰς pro εἰς ἐκάστη, ut in versione Alexandria *Ies. VI. 2, Ezech. I. 6*, et alibi. Ceterum, *Venemae* hic locus videtur capiendus de certis et extraordina-riis viris, ad aliquod munus per universam Eccle-siam destinatis: at mibi videtur intelligendus de presbyteris et diaconis. Primo dicit *Clemens*, *Io-annem constituisse Episcopos*, ubi non erant. *Epis-copi* hoc, quo *Clemens* scribebat, seculo procul du-bio distincti fuerunt a *Presbyteris*, ut praeter alios docet vir *Cl. l. c. p. 501* —: *Noster* in ea fuit sententia, ipsas Sacras literas diversa officia et mu-nera *Episcopis*, *Presbyteris*, et *Diaconis* præcepis-se: sic scribit in *Paedagog. L. III. p. 309, 26.* ubi vid. not. In eccl. sia, in qua *Clemens* scriptis et in qua presbyter fuit, erant tres gradus sive progresiones sacrorum ordinum, ut dicit Strom. *L. VI. p. 793, 26.* — ἐπεὶ καὶ αἱ ἀνταῦθα κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν προποπαὶ, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διαικόνων, μητέρα οἵμων, Ἀγγελικῆς δόξης —. conf. de his locis, quae observarunt Eximii viri *Beveregius Cod. Can.* — *p. 120*, et *Pearson. Vind. Ignat.* *p. 334. L. VII. tamen C. 1. p. 830, 5.* duo tan-tum sacros ordines memorat, *Presbyteros* et *Dia-conos*, *Presbyterorum nomine Episcopos* compre-hendens. lege et ibi adscripta. *Pearsonus p. 358.* de hoc nostro loco agens, scribit, Clementem hic ex veteri traditione loqui de *Episcopis* diu ante

Ignatii Martyrium a S. Ioanne institutis. Addit secundo, Apostolum integras etiam ecclesias dispensuisse et formasse. ubi nempe Christianorum et sectatorum Domini congruus aliquis numerus comprehendebatur, tum denique, eum unumquemque eorum, qui a spiritu S. designarentur, in clerum cooptasse: puta, ubi Presbyteri et Diaconi desiderabantur. *Etym.* M. v. Κλῆρος ex dictionario Ecclesiastico: λέγεται κλῆρος καὶ τὸ σύνημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων: ita et *Suidas* in v. Si tamen *Episcopos* hic excludendos non esse existimes, me repugnantem non habebis, ita ut sensus sit, Ioannem in iis maxime, quas formaverat, ecclesiis, mox etiam *Episcopos* vel *Presbyteros* cum *Diaconis* constituisse. conf. locus *Epiphanius* citatus ab *Ios. Binghamo* Antiq. Eccl. T. I. p. 44. ubi et loci nostri meminit. vid. et p. 58. Nimurum *clerus* distinguitur in *maiorē* et *minorē*. *maior* erat *Episcoporum* et *Presbyterorum*: *minor* *Diaconorum*: conf. *Vales.* ad *Euseb.* H. E. L. VI. C. 43. p. 121. A. Si autem de clero subsequentium in primis temporum, plura scire aveas, adi *Meursii* et *Du Cangei* Glosfaria supra cit. v. Κλῆρος. — Lege iam post haec *Combeffisi* notam, qui in hoc libello, ut vidimus, rem passim negligenter administravit, hic etiam ab errore non immunis; atque asper is quidem adeo aliorum est censor, in primis admiratorem *Calvini*, ut hos eius spiritu ebrios rabulas dicere nullus dubitet. Verum de eo alibi dictum.

3^a ἐλθῶν οὐκ να. — Ex Principe editione hic
q̄d

οὐ legis post ἐλθεῖν. sic et habet *Eusebius. Combeffisiana* edit. etiam praebet; ceterae male omitunt. — Ad verba, ἡς καὶ τούνους λέγουσιν ἔνοι, notavit *Valesius* ., *Smyrnam* vocat hanc urbem auctor *Chronici Alexandrini*:” Hinc *Fellus*, *Itigius*, *Potterus* adscripserunt: *Smyrna* erat, si *Chron. Alexand.* fides.

4. τῷ πανεπότι προσβλέψας ἐπισκόπῳ νεκρίτον ίκανὸν τῷ σώματι καὶ τὴν ὄψιν ἀστού, καὶ θεραπὸν τὴν ψυχὴν ἰδὼν, τοῦτο ἐφη σοι παρτιθεματι —. Quis fuerit hic Episcopus, in medio relinquit *Pearson*. loco supra laud. p. 420. scribens. ., Hominem illum, quisquis fuit, καθεστῶτα Ἐπίσκοπον sub Ioanne Apostolo tradit, cum ipse Apostolus regiones illas peragaret, Ἐπιτάκτους κατασήτων.” Plerique *Polycarpum*, tanquam qui eo tempore *Smyrensis* ecclesiae episcopus fuerit, intelligunt, et, quod de eo hic refertur, pietati et curae eius de ecclesia iniuriam non facere, probabilesque eriam dari posse rationes, ob quas *Clemens noster* nomen urbis et episcopi retinuerit, arbitrantur: vid. praeterea alios *Cl. Lampe* loco supra laud. p. 73, et p. 77. — *Valesius* τῷ πανεπότι προσβλέψας ἐπισκόπῳ reddidit, conversus ad eum quem ordinarat Episcopum. *Caryophilus*, conversis in Episcopum eius loci oculis: cum quo convenit *Combeffisius*, veitens ad loci episcopum conversus. Atque hoc et ego probo. Nec tamen adeo gravis causa erat, cur *Valesium* tam severe hic notaret *Combeffisius*, ipso longe inferior. πανεπότις constitutus: sic et πανεπότες νόμοι, η πανεπότα

πολιτεία Xenoph. Memor. I. 2, 9. constitutas, receptae leges, constitutus, praesens, Reipublicae status. Irenaeus L. III, contra haeres. C. 3. §. 3. scribit, εἰτ̄ οὕτως ἔντος ἀπὸ τῶν ἀποσόλων καθίσταται ξύσος. tum §. 4. pergens, dicit de Polycarpo, οὐ μόνον ὑπὸ ἀποσόλων μαθητεῦσις — ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποσόλων καταστάσις εἰς Ἀσίαν, ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκτινασίᾳ, ἐπίσκοπος. Iam, cum Polycarpus Ioannis Apostoli maxime fuerit discipulus, satis certum est, Irenaeum scribebentem, Polycarpum, ut ab Apostolis edoctum, sic et ab Apostolis in Asia Smyrnensis ecclesiae constitutum esse episcopum, Ioannem Apostolum potissimum intellexisse, atque adeo ab hoc eum fuisse ordinatum episcopum. cf. ibi not. hoc autem obversatum Valesio, qui hinc dedit, conversus ad eum, quem ordinarat Episcopum. Noster censor duplarem ipse hic errorem committit. Primo post θερμὸν omittit τὴν ψυχὴν, quod est in prima edit., secundo pro τοι παρατίθεται vitiōse dedit σε π. in utroque ceteri etiam hic sequuti. — Quoad θερμὸν τὴν ψυχὴν, non multum abit, quod Lucianus in Nigrino §. 5. dixit θερμοτέρους φύσει. Ικανὸς τῷ σώματι singulare est: tale exemplum nondum reperi: probae tamen notae esse videtur. — recte autem Combefisius mox ὑπιχνουμένου pro ὑπιχνουμένου in Principe edit.: §. 28. habemus rarius hinc compositum προσυπισχυεῖσθαι.

5. διετείλατο καὶ διεμαρτύρατο καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Φεστον, — Pro διετείλατο καὶ διεμαρτύρατο Eusebius habet διελέγετο καὶ διεμαρτύρετο, et εἴτα pro καὶ.

Post

Post ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Φεστον, Combefisius (atque adeo et ceteri) addidit ἀπῆρεν, ex Eusebio nempe, qui dedit ἀπῆρεν ἐπὶ τὴν Φεστον. de verbo ἀπαιρω eiusque contrario καταίρω nonnulla notavit Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 83. Verum in prima edit. non legitur. Nimis verba huius generis, ut ἀπίέναι, ἀπέρχεσθαι, ἐρχεσθαι et similia non raro omittuntur: quocirca et hic scribere potuit Clemens, οὐ μὲν ἐπὶ τὴν Φεστον. quomodo igitur et hic expressum vides.

6. ἐφάτισε. — ὡς τὸ τέλεον ἀντῷ Φυλακτίμου ἐπιτίχισα τὴν σφραγίδα τοῦ κυρίου. Apud priscos ecclesiae Doctores verbum φωτίζεσθαι saepè numero ponitur pro baptizari, et φωτίσμι, ut et φωτισμὸς de baptismate. Quemadmodum nempe sacram coenam τὴν κοινωνίαν, sic baptismata φωτίσμα dicere solebant. Docuerunt hoc, pluribus locis in medium prolatis, Suicerus in Thes. Eccl. Du Cang. in Glosf. M. et I. Graec., aliique, inter quos in primis legi meretur Doctis. Ant. Aug. Touttée. Dissert. Cyrillian. III. C. IV. p. CXIV—CXVI. Plura loca, velut Isidori Pelusiatae L. II. Epist. 37, aliorumque, quae adderem, in promtu sunt, sed, ne hic longior sim, haec praetermitto. — Unde autem hoc fluxerit, de eo non eadem est Eruditorum hominum sententia. De quo vide, quae notavi in Excerptu VII. Syrus interpres, et Theodoreetus inter veteres, atque inter recentiores Cl. Michaelis τοὺς ἀπαξ φωτισθέντας in Ep. ad Hebr. C. VI. 4, de baptisatis intellexerunt

runt: quod si ita esset, hinc usus ille verbi φωτιζειν cum derivatis recte repeteretur. Verum secures habet: quod egregie praeter alios docuit Cl. P. Abresch in erudita annotatione in h. l., Paraphr. et Ann. in Ep. ad Hebr. Sp. c. 3^{io} p. 380 seqq. Primus, quod seiam, ex antiquis ecclesiae Doctoribus ita usus est, *Iustinus Martyr*, a pluribus cum laudatus, Apol. 1^{mae} p. 90. (ed. Thirlb.) καλεῖται δὲ, inquit, τοῦτο τὸ λαυτρὸν φωτισμός, ὡς φωτιζούντων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Requirit hic locus diligentiorem aliquam curam. — Quum scribit καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λαυτρὸν φωτισμός significare videtur, illam Sacri lavaci appellacionem id temporis fatis usitatam fuisse. Forte ab ipsis fere rerum Christianarum initiis illud Apostoli ἀπαξ φωτιζόντες de baptismate intellectum, atque illud hinc universe φωτισμός dictum. — Deinde, Sanctus martyr hic docet, quae iusta sit ratio, ob quam baptismus ita vocetur, ὡς nempe φωτιζούντων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Sed turpem et insignem maculam Praestantisimi scriptoris codices obsedisse, notat Cl. editor, et *Iustinum* scripsisse, ὡς Φ. τ. δ. τῶν αὐτοῦ μεταχειρῶν, quam emendationem adeo liquidam certaque esse arbitratur, ut de ea ne ipsa quidem Dubitatio dubitare possit. *Abreschius* tamen l. c. p. 381, labem non in postremis sed in τῷ φωτιζούντων bacere censet, et cum *Grunero* legere mavult φωτίζον μὲν. Quam varia hoc in genere saepe numero sunt Doctorum hominum iudicia! — Si

quid

mutandum, ego quidem pro μανθανόντων legerim μαθόντων. Dixerat Dominus hinc in coelum abiturus undecim discipulis *Matth. XXVIII. 19.* πορεύοντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες ἀνθρώπους εἰς τὸ ὄνομα —. Hinc qui ad baptismum primo tempore admitebantur, Iudei et Gentiles, primis Christianae religionis elementis eruditabantur: doctrina salutifera spectabatur velut semen, quod a baptizandis concipiebatur; ubi hoc maturuerat, per baptismum siebant velut pueri in Christo recens nati, sive, ut loqui solebant, regenerabantur. Contende hic quae scripsi in Excursu 7^{mo} ad *i Cor. XV. 8*. Post haec redeamus ad *Iustinum*, qui scribit in praegressis p. 88, 89. οἵτινες ἀν πεισθέσι καὶ πιεύσασι ἀλιθῆ ταῦτα τὰ ὑψηλῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι — ἀγονται ὁποῖοι οἵτινες ἐνθα ὑδωρ εἴσι, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεας, δι καὶ οἵτις αὐτοὶ ἀναγεννήσμεν, ἀναγεννῶνται. Sic igitur in lucem editi φωτιζόνται divina luce profunduntur, et ad veram Dei et cultus eius perveniunt notitiam. Quocirca et baptismum appellat τὸ λαυτρὸν τῆς μετανοίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ p. 163, 17. Mens adeo *Iustini* illo loco haec est; lavacrum hoc vocatur φωτισμός illuminatio, cum eo illuminentur mentes illorum, qui haec, (quae in contextu legimus,) didicerunt. Plura in hanc sententiam *Gregorius Nazianzenus* T. I. p. 638 B. C. τὸ φωτισμός (baptisma) λαμπρότης ἐπί (f. εἰς) φυκῶν (conf. p. 639. A.) porro, est φωτὸς μετουσία, σπονσις κατάλυτις; iterum est παντὸς ἄλλου τῶν παρ' οἷς

φεν.

Φωτισμῶν ἀγιώτερον. Noster p. 113, 1, 24, 31. ἐφωτίσθιμεν γάρ τὸ δέ ἐσιν ἐπιγνῶναι τὸν θεὸν. dein: βαπτιζόμενοι φωτιζόμεθα· φωτιζόμενοι μιοποιούμεθα· μιοποιούμενοι τελειούμενοι, ἀπάθανατιζόμεθα (baptismus typus etiam futurae resurrectio-
nis.) tandem vocatur inter alia φωτισμα, δι' οὗ τὸ ἄγιον ἐκεῖνο φῶς τὸ σωτήριον ἐποκτεύεται, τουτέσιν δι' οὗ τὸ θεῖον δξιωπούμεν. tum pag. seq., v. 25 — οὕτως καὶ οἱ βαπτιζόμενοι, τὰς ἐπισκοπάς ἀμαρτίας τῷ Θεῷ Πνεύματι ἀχλύος δίκην ἀποτριψάμενοι, ἐλεύθερον καὶ ἀνεμπόδιον καὶ φωτεινὸν ὅμοια τοῦ Πνεύμα-
τος ἴσχομεν· ὃ δὲ μόνῳ τὸ θεῖον ἐποκτεύομεν, οὐρανόθεν ἐπεισρέοντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. — Inter no-
mina, quibus antiquitus Baptismus insigniebatur, etiam erat σφραγίς, atque ita et hoc loco No-
ster, scribens, ὡς τὸ τέλεον αὐτῷ Φυλακτήριον ἐκι-
στας τὸν σφραγίδα τοῦ Κυρίου. Mirari subit, fuisse nonnullos inter Pontifices, qui hinc argumen-
tum peterent pro Sacramento confirmationis. vid.
praeter alias Cl. Lampe in Prolegom. ad Euang.
Ioannis p. 78. Egregie perversam istam opinio-
nem refutavit H. Valesius ad Eusebium, assen-
tiente et Combefisio. Conferri etiam meretur Co-
teler. ad Constitut. Apost. L. II. C. 39, et Sui-
cer. Thes. Eccl. v. σφραγίς, ubi quoque de hoc
loco. Certissime nimirum constat, confirmationem
postea demum esse introductam. Primus, ni fal-
lor, ita de baptimate locutus Hermas, cuius lo-
ca iam notavi ad §. 39., ubi Noster eum secu-
tus baptismum dixit τὴν σφραγίδα καὶ τὴν λύτρωσιν

hic quoque respexit, quum scriberet, mysteria Sacra exponens, T. I. p. 93, 32. — ἀγιος γίνομαι μυούμενος. ἱεροφυτεῖ δὲ ὁ Κύριος, καὶ τὸν μέτην σφρα-
γίζεται φωταγωγῶν· καὶ παρατίθεται τῷ Πατρὶ τὸν πεπισκόπητα, διὰτοι τυρούμενον. Elegans hoc: poste-
rema conferantur cum antegressis illis, τοῦτον ἔφη,
τοι παρατίθεμαι. alium locum ex Theodoti Excerptis excitavit Valesius, qui et hoc advocat Orat. quadragesimam Gregorii Nazianzeni, in qua p.
639. A. T. I. postquam multas baptismi appella-
tiones recensuisset, nimirum, δῶρον, χάρισμα,
βάπτισμα, χρίσμα, φωτισμα, ἀφθαρτίας ἔνδυσμα, λου-
τρὸν παλευγγενετας, σφραγίδα etiam addit, caus-
sam simul subiungens, cur baptismata σφραγίδες di-
cerent, nimirum, ὡς συντήρουν, καὶ τῆς δεσποτειας
σημειωτιν, quod conservatio fit, et nota dominii.
Existimabant nempe etiam Veteres, cum baptis-
mate arctissime iungi spiritum ob-signationis: quam
ob causam Clemens hic quoque baptismum descri-
bit tanquam τέλεον Φυλακτήριον. quam in rem in-
signis hic est Gregorii in eadem Oratione locus
p. 646. B., ubi baptismum appellat τὸ κάλλιστον καὶ
σεβρότατον τῶν βούημάτων, quo nosmet ipsos prae-
muniamus, et nobis in futurum caveamus. lege ibi
plura. add. p. 648. C. D. ubi vides, quam admi-
rabilem vim habeat, ut putabant, baptismus in
virginitate servanda, et in matrimonio etiam caste
colendo. Basilios Magnus homil. in Sanctum Bap-
tisma T. II. p. 217. D. inter alia baptismata vocat
σφραγίδα ἀνεπιχείρητον, et in libro de spiritu sancto

T. III. p. 22. A. ἀσφαλὲς Φυλακτήριον. Pertinet
huc etiam locus *Nostri* p. 434, 23. — ubi inter
alia scribit, si nempe libera arbitrii facultate non
gaudeamus, οὐδὲ βάπτισμα ἔτι εὐλογον· οὐδὲ μανα-
ρία σφραγίς οὐδὲ ὁ ὑδός, οὐδὲ ὁ πατήρ· in notis ad
σφραγίς ibi scribitur. „Hoc nomen Ecclesiastici
scriptores interdum baptismō tribuerunt, interdum
impositioni manuum, quae baptismū sequeba-
tur. Cum μαραρία σφραγίς a baptismate distingua-
tur, et hanc sequatur filius et pater, ego quidem
per eam intellexerim Spiritum Sanctum coeleste il-
lud sigillum, quo fidentes Christiani ab aliis dis-
cernuntur, et quo simul communiuntur. vid. *Eph.*
I. 13, et IV. 30. Plura si desideres, legas licet in
notis *Io. Ern. Grabii* ad *Acta Theclae* in *Spicil.*
SS. Patr. T. I. p. 331, 332, apud *Ittigium* lo-
co supra laudato §. 10. et apud *H. Venem. Hist.*
Eccl. T. III. p. 485, 486. in primis in *Epist. ad*
virum Celeb. *P. Weseling.* p. 27, 28.

7. τῷ δὲ ἀνέσως πρὸ ὄρας λαβομένῳ προσφεύρονται
τινες ἡλικες ἀργοὶ, ἐθάδες κακῶν. Sic prima editio,
quam fecutus sum. Ex *Eusebio* in ceteris inter-
αργοὶ et ἐθάδες κακῶν legitur adiectum καὶ ἀπέργω-
ντες. Verbo προσφεύρονται opportune hic usus
Clemens, quod, ut ad *Eusebium* monet *Vales.*,
idem est ac προσέρχονται, nisi quod in malam par-
tem sumitur, sic ut sit cum suo vel alterius mali
accedere. Vim hanc et usum verbi simplicis φεύ-
ρονται et compositorum, ἀναφεύρονται, εἰσφεύρονται,
παρεισφεύρονται, ἐκφεύρονται, et huius nostri προσ-
φεύ-

φεύρονται exposuerunt et exemplis pluribus illu-
strarunt *Bergl.* ad *Aliciph.* p. 57., 68, 14., ad
Aristoph. *Aves* v. 97, *Abresch.* Lect. Aristaen.
p. 220, et in primis *Dorvil.* ad *Charit.* p. 305, 306.
nonnulla etiam notata in Indice ad *Adel.* V. H.,
atque inter ea etiam hic locus. rarius est, quod
legitur apud *Iosephum B. I. L. I. C.* 26. §. 1. πό-
θῳ χρημάτων εἰς τὴν βασιλείαν προσφέρεις ingressus.
Senteria huius loci est: ad illum vero prae mature
potius libertate aequales quidam cum pernicie eius
accidunt.

8. καὶ πρῶτον μὲν δι' ἕσάσεων πολλῶν πολυτελῶν
ὑπόθεσυνται. πολλῶν non habet *Eusebius*, ne-
que et, si hic abesset, quis desideraverit. — ἐπά-
γονται legendum praebent ceterae editiones, ex
Eusebio, opinior; nescio tamen quam ob causam
hoc sectatae sint; quamvis enim ἐπάγονται hic satis
commodum sit, causa neutiquam erat, cur a pri-
ma lectione, ὑπάγονται recederent. verba sunt non
eiusdem quidem plane, ad finis tamen significatio-
nis, et non raro quoque inter se permiscentur. vid.
Noster p. 288, 3, 9. ὑπάγονται est dolo aliquem
capere, deceptumque suae potestatis facere: quod
egregie hic quadrat. vid. omnino *Hemsterh.* ad
Aristoph. *Plut.* p. 58., et *Dorv.* ad *Charit.* p. 46.
Clementi hoc verbum familiare. T. I. p. 30, 32.
de *Venere* εἰς συνενταντὴν ὑπάγεται, ad coitum pelli-
cere. 472, 11. de mulieribus Madianitarum, τῷ
κάλλει τῷ σφῆν πολεμοῦνται τοὺς Ἐβραῖους ἐκ σω-
φροσύνης δι' ἀκροσταν εἰς ἀβεστητα ὑπηγόντο. de
Sag.

Satana scribit p. 555, 5, eum velle homines iuste viventes ὑπάγεσθαι τῷ ἑαυτοῦ τάγματι. Gentes, quae salutem diligenter et follicite quaerunt, dicit θαυμάζεσθαι καὶ εἰς πίσιν ὑπάγεσθαι. Pluribus locis etiam usus est Philo Iud., velut T. II. p. 259, 13. p. 512, 47. p. 721, 2. quibus locis cur pro verbo ὑπάγεσθαι ad calcem *Mangeius* corrigere ἀπάγεσθαι, nihil profecto erat causae.

9. ὁ δὲ κατ' ὅλην προσειθίζετο, καὶ διὰ μέγεθος Φύσεως, ἐκτὰς, — ὅρθης ὅδοῦ, καὶ — μειζόνως κατὰ τὸν βαράθρων ἐφέρετο. Optima nimirum ingenia, cum ad malum inclinant, fieri solent pessima. vid. ad h. l. *Fabric.* in *Cod. Apocr.* N. T. p. 538. — Porro, *Προσειθίζετο* princeps editio, et *Combef.* ac *Porter.*; male *Fell.* et *Ittig.* *προσειθίστετο* ἐκτὰς in prima edit. non legitur, hic a *Combefisio* ceterisque adscitum ex *Eusebio*. Et certe ὅρθης ὅδοῦ tale quid requirit. *Caryoph.* in margine: „Videtur, inquit, aliquid deesse. F. τῆς ὅρθης ὅδοῦ ἀποκηδόνας, vel simile.” *Discedere, deflectere de via* dicitur ἐκτῆναι τῆς ὁδοῦ: sic *Herodotus* L. III. C. 76. ἐνθαῦτα ἐκσάντες τῆς ὁδοῦ, ἐλίδοσσαν ἀυτοῖσι σφίσι λόγους, frequens autem hoc sensu ἐκτρέψεσθαι. non aliis tantum, sed et *Herodoto*, ut notavit *Valck.* ad L. IV. C. 12.

10. ίσα τοῖς ἄλλοις παῖσιν ἡξιού. Sic et *Eusebius* patrocinatur huic lectioni adversus *H. Valesium*, qui pro ἡξιού legebat ἀπηξιού *dedignabatur*, quomodo etiam verit *Combefisius*. Non plane vulgatam ἡξιού improbat vir *Magnus*, modo in τοῖς ἄλλοις non

so-

fôdales adolescentis illius intelligas, sed alios latrones et sicarios. At magis ipsi placet ἀπηξιού, quomodo scriptisse *Clementem*, mihi etiam persuadent illa, ἀπογνως τελέως τὴν ἐν θεῷ σωτηρίαν — μέγα το πρᾶξα, ἐπειδήπερ ἄπαξ ἀπόλωλεν, cum τοῖς ἄλλοις, ut equidem puto, ad socios eius referatur; tum et sequentia αὐτοὺς δὲ τούτους ἀναλαβὼν καὶ λύτρων συγχρήτησας, (de qua locutione conf. *Dorvile ad Charit.* p. 85, 86.) ἔτοιμος λήξαρχος ἦν, βασιτάτος —. Ceterum obiter hic notetur rario vox λήξαρχος, quod *Hesychio* notatum et expositum ἀρχιληψίς. videmus in *Nois*, reperiui etiam apud *Heliodorum*. Addo *Diodorum Siculum*, qui de *Viriathe Lusitano* latrone etiam adhibuit T. II. p. 591. prope finem.

11. παραθίκην. In ceteris editionibus παρακαταθίκην, quomodo *Eusebius* habet. Forte, hic quod non raro facit, mediae syllabae evanuerunt, et scriptis *Clemens* quoque παρακαταθίκην, ita pergens, ἦν — σαι παρακαταθίκηα, quod verbum, ut iam ab aliis bene observatum, restituendum *Ioseph Chrysostomo* T. II. p. 28. C. ξητοῦντας τίνι παρακατάθιστο, pro vulgato κατάθοιστο, quamvis κατατίθεσθαι ita etiam frequentetur, sed alia structura, ut notavit *Valcken* ad *Herodot.* L. VI. C. 73.. Potuisset nimirum et scribere παραθίμεια, ut supra τοῦτον, ἔτη, παρατίθεμαι nec raro etiam παραθίκη et παρακαταθίκη in Codicibus permixtantur. sic 1 Tim. 6: 20. et 2 Tim. 1: 12. apud *Ioseph. de Maccabaeis* T. II. p. 502. εἰ οἱ τὰς παραθίκας πι-

σεύσαντες τῷ ιερῷ θησαυρῷ σερηθήσονται. nonnulli Codd. ibi et παρακαταθήκας, quod malum propter illud σερηθήσονται. παρακαταθήκην ἀποσερεῖ legitima hic locutio. vid. *Porphyr. de Abstin.* L. IV. p. 330., eum nota Cl. de Rhoer. conf. et Schol. ad *Aristoph.* Plut. v. 373. quod ibi διδόναι, ἡ Ἑλλάς hic est ἀποδίδοναι, quomodo et apud *Stobaeum* p. 310, 7, 11. Ceterum principem editionem et hic fecutus sum, cum τῷ παραθήκῃ etiam non desit auctoritas. Atticorum est παρακαταθήκη, ceterorum παραθήκη, ut docent Atticismi magistri, ad quos videantur Interpretes. *Herodotus* utrumque usurpat. vid. praet. *Valcken.* l. c. etiam *Wessel.* ad eundem L. VI. C. 86. p. 477. *Dorvīl.* ad *Charit.* p. 505. — Porro, pro ὁ σωτὴρ *Combeffī.* ex *Eusebio* hic dedit ὁ Χριστός: in superioribus ita, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρος. Denique in sequentibus *Eusebiana* usque ad ὅταν ἐν τῇ συντελεί — cum reliquis Editoribus hic expressi, quia in principe editione omnia paene deficiunt.

12. θεῷ τείνουσιν, εἰπεν· ἀπέβη γὰρ πονηρὸς, καὶ ἔξωλης, καὶ, τὸ κεφάλαιον, ληστής καὶ νῦν ἀντὶ τῆς ἐκκλησίας — καταρριζάμενος οὖν τὴν ἑσθίατα ὁ ἀπόστολος, καὶ μετὰ μεγάλης οἰλωγῆς πληξάμενος τὴν κεφαλὴν —. Locus insignis et diligenter, si quis alius, notandus. *Pythagoreis νεκρὸς* dicebatur, qui a disciplina *Pythagorae*, atque adeo a virtutis studio, secessionem faciebat. Est egregia Pythagorei *Lysidis* epistola, ad *Hipparchum* scripta, Siculis lautiis corruptum, quam, in *Opusc. Mytholog.*

a Th. Gale, viro longe eruditissimo, editis, p. 739. ita claudit ei μὲν οὖν μεταβάλοιο, χαρήσουσι· εἰ δὲ μὴ, τέθνακάς μοι. Siquidem mores mutaveris, laetabor: sin minus, mortuus es mihi. Legitur haec epistola pluribus locis, atque etiam apud *Iamblichum* in libro de vita *Pythagorae* p. 62 scq., sed diverso ordine, et minus accurate scripta, ut τέθνακας pro τέθνακάς μοι. hic pag. praec. etiam notat, si quis segnior et hebetior reperiebatur, tali homini cippum et monumentum sepulchrale in schola esse erectum, atque ita auditorio expulsum fuisse: hoc contigisse ait *Perialo Thurio*, et *Cydoni Sybaritarum principi*, quibus, ut in notis observatur, addi poterat *Hipparchus*, quemadmodum ita de ipso *Clemens noster*, T. II. p. 680, 13 —, ubi, postquam nonnulla ex epistola *Lysidis* deposuisset, ita pergit: Φασὶ γοῦν Ἰππαρχον τὸν Πιθαγόριον, αἰτιαν ἔχοντα υράψασαι τὰ τοῦ Πιθαγόρου ταφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενέσαι σοιαν νεκρόν, subiungens: διὸ καὶ ἐν τῇ Βαρβάρᾳ νεκρός καλοῦσι τοὺς ἐκπεπόντας τῶν δογμάτων, καὶ παντοπέξαντας τὸν νοῦν τοῖς πάλσαι τοῖς φυχικοῖς. notatur ibi, ad illud *Lysidis* quoque allusisse *Gregorium Nazianzenum* in quadam epistola, (est epistola 43) et laudatur etiam locus *Origenis contra Celsum* L. II. p. 67. ed. *Cantabr.*, ad quem et vid. *Annotat. Guil. Spenceri* p. 34. — Vir Summus, *H. Grotius*, docet ad *1 Cor. V. 2*, veterem Ecclesiam, cum aliquem esset ex suo consortio exclusura, lugentium sumfisse habitum, atque in-

de egregie illud Apostoli, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, illuminat: diserta certe hic sunt verba, quae laudat, *Origenis contra Celsum L. III. p. 142.* in fine, ubi, postquam dixisset venerandam Pythagoreorum Scholam posuisse κενοτάφια τῶν ἀποσάντων τῆς σφῶν Φιλοσοφίας, quod nempe existimarent, νεκροὺς αὐτοὺς γεγονέναι, porro dicit, οὗτοι δὲ, Christiani, ὡς ἀπολωλότας, καὶ τεθηκότας τῷ θεῷ τεοῦ ὅπ' ἀστεγείας η̄ τυος ἀτόπου νεκρικμένους ὡς νεκροὺς πειθῶσι. videtur *Origenes omnino locum nostrum respexisse*: ut hic θεῷ τεθηκε, sic ibi τεθηκώς τῷ θεῷ: ibi ἀπολωλότας, quod hic ἔξωλης (*Aristoph. in Pace iunctum v. 1072.* ἔξωλης ἀπόλοιος conf. et *Suidas v. ἔξωλέσερον*, et ἔξωλης, ubi et ἀπολλύμενος exponitur.) denique, quod ibi dicit, Christianos perditos istos homines ὡς νεκροὺς πενθεῖν, id illustre hic *Ioannis exemplum praeclare docet: laceret vestem suam*, quod in omni graviore commotione, in primis in magno luctu et animi dolore fieri solebat; (qua de re abunde notatum ad *Dionem Casf. Vol. I. p. 261, 262:* eodem modo ibi de *Licinio quodam. Regulo p. 743, 73.* τὴν ἑσθῆτα ἐν ἀυτῷ τῷ βουλευτηρίῳ κατεβόηξατο. Nonnulla hic opportuna dedit *Hemsterh. in Obs. Misc. Vol V. T. III. p. 64, 65.* ubi etiam vide- mus, ad accuratam Veterum normam *Clementem* scripsisse καταβόηξάμενος τὴν ἑσθῆτα.) Ceterum, si plura desideras ad illud θεῷ τεθηκε, vide *Interpretes ad Luc. XV. 32, et 1 Tim. V. 6.* in primis *Pricaum*, qui illius usq[ue] magnam exemplorum vim con-

conduxit; at hoc potissimum observes velim, ut hic, ita etiam *Hermam*, quem adeo in deliciis habebat *Clemens*, in Pastore locutum esse, velut L. III. Simil. 8. §. 6^o Hi igitur omnes mortui sunt Deo. Simil. 9. §. 28. et alibi. — In sequentibus, et hoc obiter addam, pro ἀνακράτος (οἱ δὲ ἔδικτες ἀνακράτος) duabus vocibus malui ἀνὰ κράτος, ut κατὰ κράτος et similia (quamvis non sim nescius, *Suidam* qui exponit μετὰ πάσης σπουδῆς, scribere Ἀνακράτος. ἐπίβρυμα) cf. *Alb. ad Hesych. v. Ἀνακράτης*, et *Wess. ad Diod. Sic. T. II. p. 498.*

13. ἂν δέη τὸν σὸν θάνατον ἔχων ὑπομενῶν, ὃς ὁ κύριος τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπὲρ σοῦ τὴν ψυχὴν ἀντιδώτω τὸν ἔμπν. Convenit egregius hic locus cum nobili illo, quem habuimus §. 23. ubi *Servator*, ὑπὲρ σου πρὸς τὸν θάνατον διηγωνισάμην, καὶ τὸν σὸν ἔξετισκ θάνατον, ὃν ὁ φειλεῖς —: Vide quae ibi adscripta. Ceterum ad sublimiorem illam dilectionem, quam in *Ioanne*, hic Domini vestigiis insistente, admiramus, praestandam etiam ipse Christianos universe omnes, Deo vocante, adhortatur i Ep. C. III. 16. Ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην, οἵτις ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἀυτοῦ ἔθηκε· καὶ ἡμεῖς ὁ φειλομεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς τιθέναι. Prisci temporis huiusmodi exempla memorat *Clemens Rom. in Epist. §. 55. Barnabas* sicut, Epist. §. 6. ἐγὼ περιψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν: huc et spectat illud §. 19. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχὴν σου. vid. ad utrumque locum notata. Atque ita in primis non uno loco *Ignatius*, de quo vid. *Pearso-*

nus in *Vindic. Ignat.* p. 435, ubi hunc nostrum locum etiam laudavit et egregie illustravit: conf. et adnotatio eius in *Epist. Ignatii ad Ephes. §. 8.* — Interim magnum intercedit discrimen inter Christi mortem pro nobis, et nostram pro fratribus: Christi mors pro nobis est piacularis ad nos redimendos: nostra est nostra in Deum reverentiae et purissimi affectus in gloriam eius indicium.

14. ἀπολογούμενος ταῖς οἰμωγαῖς ὡς ἐδύνατο καὶ τοῖς δάκρυσι βαπτιζόμενος ἐκ δευτέρου. Quod hic paulo ante ἔκλεψε πικρᾶς, respondet, quod hic valde opportunum, ad illud Petri, ἔκλαυσε πικρᾶς *Matth. XXVI. 75*, et *Luc. XXII. 62. Marcus XIV. 72.* ἔκλαυσι, quod hic Attica forma ἔκλαυσι. sic in *Eusebio*. quod in *Arioph. Pluto v. 62.* κλαίειν in ceteris edd., in *Hemsterhusiana* legimus κλάψιν. (sunt, qui malint, omisso iota subscripto; nam non eadem hic Eruditorum virorum sententia. vid. *Valcken. ad Eurip. Phoeniss. v. 1388*, et *Koen. ad Gregor. de dial. p. 30.) — In ἀπολογούμενος ταῖς οἰμωγαῖς respxit, ut videtur, ad 2 Cor. VII, II. Ήδον γὰρ αὐτὸν τὸ κατὰ θεὸν λυπηθῆναι ψυᾶς, πῶσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδήν; ἀλλὰ ἀπολογούμενος — ἐν πάντι (plane, omnino) συνετήσατε ἔκυτοὺς ἀγνοῦς εἶναι ἐν τῷ πράγματι: quemadmodum autem ibi ἀπολογία est *excusatio, purgatio*, ita hic ἀπολογούμενος est *crimen a se depellens; excusans se*, recte autem addit, ὡς ἐδύνατο. — Pro βαπτιζόμενος ἐκ δευτέρου in prima editione minus bene legitur βαπτίζων, et post aliquem hiatum δευτέρην vitiose, pro ἐκ δευ-*

τέρου, vel, si malis, pro δευτέρου. Egregie autem dictum τοῖς δάκρυσι βαπτιζόμενος ἐκ δευτέρου. vide de hoc lacrymarum baptisme, quae notat *H. Valesius ad Euseb. et I. C. Suicerus in Thes. Eccl. T. I. v. Βάπτισμα et Βαπτίζω p. 627.* — Mox pro θύρηται, quod est apud *Eusebium*, cum ceteris dedi εὑρηται, quod est in principio editione, quae et ἐπόμνυσαν pro ἐπομνύμενος habet.

15. αὐτὴν τὴν δεξιὰν ὡς ὑπὸ τῆς μετανοίας κεκαθαρισμένην καταφιλῶν. Olim plures corporis partes, atque inter has etiam manum exosculatos fuisse amantes, de quo Schrader. ad *Musaeum p. 219. seq.*, et Herald. in *Martial. 11—21*, notarunt, hic iam pluribus monere nihil attinet. Iuvenis, ut paulo ante legimus, seriam poenitentiam agens, solam dextram abscondebat, quod modestiae et pudoris erat signum; dextram quippe saepius humano fuso sanguine inquinaverat: at illam *Ioannes*, iuvenem in ecclesiam reducturus, tanquam poenitentis lacrymis iam purgataη atque expiatam, quo animum demissum oppressumque blande erigeret, exosculabatur. — In proximis δαψιλέσι εὐχαῖς pro δαψιλέσι, ut hic iam legis, ἐξαιτούμενος — rationem et usum vocis δαψιλῆς, δαψιλεῖα, δαψιλεύειν et in primis verbi ἐπιδαψιλεύεσθαι more suo egregie explanavit *Hemsterh. ad Luciani dial. mort. p. 452. seq.* δάκρυσιν δαψιλέσι esse κάλλιτον εὐχῆς καρύκευμα dixit *Basil. Seleuc 2 mirac. S. Thecl. p. 311.* — Pro συναγωνιζόμενος, edit. prima minus recte simplex habet ἀγωνιζόμενος.

16. ποικίλαις δὲ σειρῆσι λόγων κατεπέδων αὐτοῦ τὴν γνώμην.

Editiones Felli, Itigii et Potteri pro σειρῆσι habent φύσει, praeēunte *Valegio ad Eusebium*, qui longe elegantiorem lectionem codicis Regii, quam etiam *Nicephorus* habet L. 2, C. 42, σειρῆσι λόγων vulgatae φύσει postposuit, censens, σειρῆνες nimis molle loco esse vocabulum. At bene *Combeſſius σειρῆσι* practulit, apte, ut notat, positum pro sequentis participii sensu et metaphora κατεπέδων. Certe in suaviloquentia, in qua parem non habebat *Ioannes*, adumbranda, nihil apud quosvis Scriptores usitatus, quam *Sirenum* mentio, ut monuit *Bergl.* ad *Alciphr.* Epist. p. 179. opportune ibi laudans illud *Aristaeneti Ep. I.* ἡμικα δὲ Φθέργεται, βαθαὶ, δσαι τῆς ὀμιλίας αὐτῆς σειρῆνες. At quum loquitur, *papae!* quantae *Sermonis eius dulcedines!* ad quem locum apposita notavit *Abresch.* in Lect. *Aristaen.* p. 5. *Lucian.* in *Nigrino* p. 41. τοσαύτην τινὰ μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥσε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκείνας, εἰ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς ἀδόνυς, καὶ τὸν Ὁμέρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, h. e. interprete magno viro, tanta me sermonum suavitate perfudit, ut *Sirenas* illas, si quae modo fuerunt etc. obliteraret, earumque suae orationis lenociniis memoriam deleret. conf. *Ovid. Metam.* L. V., 561. — alia non addo. Si plura desideres, vid. *Menag. ad Diog. Laert.* T. II. p. 254. *Wolf. ad Libanii Epist.* p. 338, et ibi cit. *Spanhemium.* *Toup. Emend. in Suidam P. III.* p. 123. ubi egre-

gia

gia emendatio *Ael. in H. A.* Praeterire hic tamen non licet unum et alterum locum ex scriptoribus Christianis: prius est in *Euthymii*, viri inter monachos celeberrimi, vita, edita a *Coteler.* in Eccl. Gr. Monum. T. II. p. 212. C. ubi de *Mari-* no quodam et *Luca* fratribus, ὑπὸ τῶν λόγων αὐτῶν καὶ τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ ὑπὸ τινῶν ἀψευδῶν σειρῆνων (τε currit hoc p. 228. B.) ἀλόντες, ὡς πατράσιν αὐτοῖς καὶ Ψυχᾶν ἐπιμεληταῖς ἔκυτοὺς ἐγχειρίζουσιν. Sed a verbis eorum et virtute, tanquam a quibusdam non fallacibus *Sirenibus*, capti se ipsis tradunt velut patribus et animorum curatoribus. Alter est in *Clementina Epitome de Gestis S. Petri* §. 151. ubi *Theodora* quaedam dicitur, τῇ σειρῆνι τῇ τοῦ Κλήμεντος γλώττῃ καταβελχθεῖσα. Accedat *Heliodorus*, qui p. 45, 8. ὑπὸ δὲ τῶν λόγων, ὥσπερ τινὸς σειρῆνος, κεκηλημένος καὶ πρὸς τὸ πειθεῖσαι κατηναγκασμένος: atque ita et alibi. — Egregie autem hic dixit π. σ. λ. κατεπέδων αὐτοῦ τὴν γνώμην, sermonum illecebris per aures demissis *animum eius demulcens*, *mitigans*, *curansque*, boni instar medici: de quo praecclare notat *Ill. Spanh. de praest. et usu Numism.* T. I. p. 214, 215. *Philo Iud.* p. 523. A. ταύτην τὴν ἐπίνοσον γενέαν, ἡ ἡλικίαν ὑπὸ τινὸς τρίτης, οἷα ὑπὸ ιατρικῆς *Philosophiae*, οἰστηλευθῆναι χρὴ, κατεπεδεῖσαν λόγοις ὑγιεινοῖς καὶ σωτηρίεσ: (ibi in proximis pro ἐρημίτας ἡδοῖς recte in nova edit ε. δεινῆς) iterum p. 629. A. τοιύτοις κατεπέδων ὥσπερ ἀγαθὸς ιατρὸς, ὅπερ τὰς μέσους καὶ πέρι βαρυτάτας αὖσας ἐπικουφίειν. Non raro verbo κατεπέδειν usus Nos-

Bb 5

ter,

ter, qui et τὸν ἐπωδὸν τοῦ Λόγου dixit p. 274, 30. γυγτεῖν narrationi Xenophontea tribuit Dio Chrys. p. 257. D. Junxit Plato in Menone p. 16. C. γυγτεύεις με καὶ Φαριάττεις, καὶ ἀτεχνῶς κατεπέφεις.

17. πρὶν αὐτὸν ἀποκατέσησε τῇ ἐκκλησίᾳ διθύρος —. In Eusebio pro κατέτησε, quod et hic habent editiones, ex quatuor Codicibus dedit ἀποκατέσησε Valesius, frustra obnidente Combefisio; compositum enim in hac re proprium. Primo dixit, Ioannes iuvenem ad ecclesiam reduxit tanquam poenitentiam agentem; iam dicit, ecclesiae eum restituit, tanquam, peracta poenitentia, reconciliatum, ut bene monuit Vales., qui hic omnino legi meretur; in eo tamen non adeo audiendus, quod scribit, dispensatione à Joanne hoc factum; de quo vide in Excursu VI. Ceterum pro παλιγγενεῖας ex Eusebio, cum Combefisio, dedi παλιγγενεῖας, et βλεπομένης pro ἑλπιζούσῃς, quod Fellus, Itigius et Potterus habent, Anastas. Sinaitam secuti. βλεπομένης hic certe verum est: Clementi enim expresse hic obversabatur, non beata, quam Christi sectatores novissimo die exsp.ctamus, corporum resurrectio, sed salutaris hic ex morte spiritali resuscitatio. Latro Deo mortuus erat, iam revixerat, et ita revixerat, ut nova et colestis, quam iam agebat, vita in clarissima luce et ante omnium oculos versaretur. conf. illud de filio prodigo Luc. XV. 32. νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε. Cum tamen conspicua huiusmodi resurrectio, ut monet Combefisi, argumento sit illustris post secula resurrectionis, hac.

hactenus Nostrum hanc etiam ob oculos habuisse, non negaverim. — τροπαῖον, quod est in tribus editionibus, non mutavi, in τρόπαιον, quod apud Eusebium legitur. De utroque huius vocis tono vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 1482., et quem ibi laudat, Duker. Ad Thucyd. L. I. C. 30. Ceterum, quae sequuntur, ὅταν ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος οἱ ἄγγελοι τοὺς ἀληθῆς μετανοῦντας δεξιῶνται εἰς ἐπουρανίους σκηνὰς, emblema sunt Ereditissimi Felli; nam prima editio Combefisii etiam hic lacunosa usque ad Φαιδρᾶς γεγονότες —. Potuisset igitur etiam hoc vel illo modo scribere. καὶ ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος οἱ μὲν ἄγγελοι τοὺς ἀληθῆς μετανοῦντας δεξιῶνται, Φαιδρᾶς — τοὺς οὐρανοὺς πρὸ δὲ πάντων —.

18. Φαιδρᾶς γεγονότες, ὑμνοῦντες, ἀνοιγοῦντες τοὺς οὐρανούς πρὸ δὲ πάντων αὐτὸς ὁ σωτὴρ πρόσπαντῷ δεξιούμενος, Φῶς δρέγων ἄσκιον ἀπαντον. — Pro ἀνοιγοῦντες, quod est in prima et sequentibus editionibus, cum Pottero dedi ἀνοιγοῦντες. pro πρόσπαντῷ olim, cum praecedat πρὸ δὲ πάντων, legebam προσπαντῷ, quo rariore verbo usus Noster T. II. p. 778, 27.; sed mutatione non opus. — Ut hic Φῶς ἄσκιον lux divina, omnis umbrae expers, sic et in Andreæ Cretensis Iambis ex vera emendatione Cotelerii T. II. Monum. Eccl. Gr. p. 656. B. Φωτὸς καταστράπτοντος αὐτὸς ἄσκιον, πρόσπαντον. Ceterum conf. hic locus Theodori Studitae Epistol. L. I. Ep. 3. in fine: "Ἄγγελοι ὑμνοῦσι, ἀνθρώποι μακαρίζουσι· Χριστὸς ἀπεδεξάσθε τὰς πύλας

λας σοι ἀνέψη τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν εἰς τοὺς
ἀμῶνας.

19. πισεύετω· καὶ ταῦτα τὶς· καὶ θεοῦ μαθηταῖς,
καὶ ἐγγυητῇ θεῷ, προφυτείαις, εὐαγγελίοις, λόγοις
ἀποσολικοῖς.

In Ed. Felli, *Itigii*, Potteri post πισεύετω male sequitur καὶ, quod princeps editio ignorat. hanc unus bene fecutus *Combeſſius*. — Cum *Apostolus Dominum nostrum Hebr. VII, 22.* πρείτονος διαβήκης ἐγγυον dixerit, vocabulo ἐγγυητὴς, quod idem est, et contra decretum, *Moeridis Att.*, a *Demosthene*, *Lysia*, aliisque Atticis Scriptoribus etiam non raro usurpatum, egregie *Noster* hic de *Deo* utitur. Insignis et opportunus hic est locus *Nostri L. VI.* Strom. p. 778, 20. — ubi de *Gnostico*: πεπίσευκεν γάρ διὰ τε τῆς προφυτείας, διὰ τε τῆς παρουσίας, τῷ μὴ ψευδομένῳ θεῷ, et paulo post, ἀλήθεια ὁ ἐπαγγειλάμενος. — Observatu quoque dignum, quod non tantum προφυτείας, sed et εὐαγγέλια et λέγους ἀποσολικοὺς sigillatim memoret. univerſe intelligit *Vetus et Novum Testamentum*: sic loqui solent vetustissimi Christiani. *Ignatius* in Ep. ad *Philadelph.* § 4. προσφύγωμεν (ita legendum cum *Pearsono*, qui vid. ad eum locum) τῷ εὐαγγελίῳ σαρκὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς ἀποστολοῖς ὡς προσφύτειῷ ἐκκλησίᾳς. Καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν. Ceterum, quid de collatione *Euangeliorum* et *Epistolarum* hoc quidem seculo sentiendum sit, eruditus docuit *H. Venema H. E. T. III.* p. 382. seqq., et p. 391 l. qq.

20. ὁ γάρ ἐνταῦθα τὸν ἄγγελον τῆς μετανοίας προσέμενος. Scribit hic *Fellus*, Respiciere videtur poenitentiae Angelum, de quo frequens occurrit mentio in Hermetis pastore." Certe hoc respexit *Clemens*. Quem hic τὸν ἄγγελον τῆς μετανοίας, hunc *Strom. L. I.* p. 369, 8. τὸν ποιέντα τὸν ἄγγελον τῆς μετανοίας dicit. De hoc autem poenitentiae angelō si legere desideres, adi *Herm. Past. L. III.* Simil. 9. §. 1, §. 14, §. 23, §. 24, §. 31, §. 33. et in primis *L. II.* in proœmio, ubi *Hermas*: in fine scribit: *Haec omnia praecepit mihi scribere Pastor ille, nuncius poenitentiae*, hoc est, ὁ ποιητὴν, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, ut *Noster* l. 1. Plura ibi adscripit *Cotelerius*. Veteres nimirum in ea fuerunt sententia, bonos et malos affectus pendentes ab aliquo spiritu, qui eos producat et soveat: atque hoc secuti passim prisci ecclesiae doctores, ita ut singulis vitiis certos daemonas, et singulis virtutibus angelos bonos praefecerint: de quo egregie notavit Cl. editor ad *Nostri Paedag. L. II.* p. 174, 13. atque ita diserte de se poenitentiae angelus *Herm. L. II. Mand. IV. §. 2.* *Ego praepositus poenitentiae, et omnibus poenitentiam agentibus sensum do.* Ceterum permagni, ut iam in superioribus monui, illum *Hermae* librum fecit *Noster*, atque ita etiam alii *Patres*. vid. *Pearf. Vind. Ignat.* p. 290—292. T. II. PP. *Apost. et conf. Ven. H. E. T. III.* p. 302. — Porro, dicit ἐνταῦθα, quod hic oppositum τῷ, ἥντικα ἀναταλπῇ τῷ σῶμα. ἐνταῦθα

igitur est in hac vita, ηὐκα ἀν καταλίπῃ τὸ σῶμα,
post hanc vitam.

21. οὐ μετανοήσει τότε, ηὐκα ἀν καταλίπῃ τὸ σῶμα,
οὐδὲ καταισχυνθήσεται, τὸν σωτῆρα προσίστα^{ται} με-
τὰ τῆς αὐτοῦ δέξης καὶ σρατείας ιδὼν, οὐ δέδιε τὸ πῦρ.

Cohaerent οὐ μετανοήσει —, οὐδὲ καταισχυνθή-
ται —. Non probanda igitur emendatio, quae mar-
gini adscripta, pro οὐ μετανοήσει forte legendum
ei μεταν., quod et *Caryoph.*, vertens *peracta poe-*
nitentia, expressit. Plura hic notavi in *Excurs. X.*
qui videatur.

22. μήτε τὸν θεὸν ἔτι, μήτε τὸν πλοῦτον, μήτε τὸ προπε-
σεῖν αἰτιασθω, τὴν δὲ ἔχοντο ψυχὴν ἐκουσίας ἀπολουμένην.

Argumento etiam est hic locus, quam negligenter hoc in libello rem administrarint editores. Prin-
ceps editio habet προπεσεῖν, atque ita etiam *Combe-*
fisius. *Caryophilus* hoc reddidit *praeteritum*, *lapsus*,
Combefisius pari ratione *quod ante lapsus sit*. Quid iam ceteri editores, *Fellus*, *Ittigius*, *Potterus*?
προπεσεῖν vulgant, et nihilominus in versione legimus *Combefisiandum*, *quod ante lapsus sit*. Ceterum,
quod attinet ad verbum paulo ratius προπίπτειν, pri-
mum notat *procidere*, *praecipitem ferri*; hinc autem
translatum est ad significandam *temeritatem* in agen-
di impetu, atque as sensu etiam, ut docuit *Wessel*,
ad *Diod. Sic. L. XV. C. 65.*, et, quem ibi laudat,
Gatack. atque ita simpliciter, ut hoc loco, *Arrian.*
in *Epicter. L. IV. C. 1.* ubi iunctum ἐξαπατώμενος
et προπίπτων. Vid. et ib. *C. 13. p. 676.* *13.* ubi

θέλεις με προπεσεῖν, *visne me inconsiderate*, vel teme-
re agere. Restituendum hoc verbum *Diodoro Sic.*
duobus locis, ubi paulum diverso usu: primus est
T. I. p. 608, *II. τὸ μὲν πλῆθος προπέπεσεν εἰς ἀκα-
ρη γέλωτα*: imo, nisi fallor, πρόπεσεν *vulgaris in*
importunum visum prolapsum, effusum est. alter est
T. II. p. 188, 46. διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀνελπίσου Χα-
ρᾶς, εἰς ἀκατάσχετα προπεσεῖν δάκρυα. Scripsit Auc-
tor et hic, ut puto, προπεσεῖν. Intelligit autem
Clemens hic *praecipitem et inconsideratum in delicta*
lapsum, de quo § 39. in principio — Porro, in
prima edit: etiam legitur ἀπολουμένην: ita et *Combe-*
fisius; nescio qua de causa ceteri pro eo dederint
ἀπολυμένην. — Rem si spectes, gravem hic tradit
Clemens et perutilem doctrinam. *Platonis* est, ἀττια
ἐλούμενος, Θεὸς δὲ ἀναίτης, *culpa eligentis est*, *Deus*
autem *culpa caret*. hoc a *Mose* propheta Summum
philosophum accepisse, ad suam mentem scribit
Iustinus Martyr. Apol. 1ma p. 67, 1 seq. (ed.
Thirlb.) hoc pluribus locis usus *Noster*, ubi ean-
dem doctrinam inculcat. Sic *T. I. p. 139, 13.*
ubi plura nota adde p. 318, 6.

23. Τῷ δὲ ἐπιβλέποντι — καὶ μετὰ ἀναιδείας καὶ
βίᾳς ἀτοῦντι παρέξει τὴν ἀληθινὴν κάθαρσιν, καὶ τὴν
ἔτρεπτον ζωὴν δὲ πατήρ δὲ ἀγαθὸς δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Quam vitiōse haec leguntur in tribus postremis
editionibus! βίᾳς, δὲ πατήρ ἀγαθὸς, ἀτοῦντι παρέξει,
et post ζωὴν δάσει: hoc etiam *Combefisius*, qui in
prioribus recte. ἀτοῦντι παρέξει a linguae genio
alienum, qui requirit ἀτοῦντι λαβεῖν, et δάσει
te.

temere iuculatum. παρέχει est δότει. Noster T. II. p. 790, 31. διὰ τῶν δεήσεων παρέχει ὁ Θεὸς τὰ ἀιτήματα. Potro in μετὰ ἀναιδεῖας καὶ βίᾳ respexisse videtur ad loca Matth. XI: 12. et Luc. XI: 8 — Denique ἡ ἀληθινὴ κάθαρσις est peccatorum venia et mentis iustitio ac puritas. ita, ut scribit Gregor. Nazianz. T. I. p. 641, κάθαρσις fit per baptismum, haec prima: δευτέρα κάθαρσις est peccatorum, post baptismum admisorum, quae fit per poenitentiam, per multos gemitus et lacrymas; verum allaborandum esse omni ope, ut ne hac indigeamus, graviter inculcat: sic et alii.

24. ὃ διὰ τοῦ παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ κυρίου ζωῆς καὶ νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦ ἄγιον πνεύματος εἴη δόξα.

Vox παῖς hic de filio Dei. Cum vox puer apud Latinos ratius pro filio reperiatur, apud Graecos tamen παῖς longe frequentius ita adhibitum, ut monuit D. Heins. in Proleg. in Arist. S. p. 672, 673, et 9. Raphelius in Annot. in Act. Ap. III: 13. de Christo tamen intuitu sublimioris divinaeque naturae ita minus recte dici, cum summo viro, quem primum laudabam, existimaverim. Sed hoc iam non ago. Id autem hic observatum velim, clausulam hanc non esse Clementis, sed a librario adiectam, ut recte in praefat. monuit Eruditissimus Fellus. Primis nempe seculis in huiusmodi Doxologia unius Patris mentio fieri solebat: secus hoc fuit deinde, in primis post Concilium Nicenum. quo de vid. nota Gudii ad S. Hippolytum de Antichristo p. 9. ed. Io. Alb. Fabricii.

EXCURSUS

IN

CLEMENTIS ALEXANDRINI LIBELLUM,

Tis ὡ σωζόμενος πλούσιος.



EXCURSUS I.

de vera Christi divinitate.

Primis tribus seculis fides Christiana sua se simplicitate in primis commendavit. Inter principes Doctrinae Christianae articulos est, Dominum nostrum Iesum Christum rerum non modo esse hominem, sed et verum una cum Patre Deum, ἐν ἀμφῷ, τὸν θεὸν, ut scribit Noster, Paedag. L. I. C. 8, p. 135, 29. et L. III. p. 311, 4. Atque præcita ira hic Ecclesia loquebatur, et Doctores eius scribebant, ut liquido constet, Christi discipulis et sectatoribus hac de re nullum fuisse dubium. Hoc extra controversiae aleam positum a viris Eruditis, quod et ego ante annos aliquot, ex Patribus ita dictis Apostolicis, potissimum ex Ignatio, probatum ivi. Data iam opportunitate, ex hoc Clementis Alexandrini libello id ipsum etiam doce te lubet. Notari primo meretur insignis locus,

quem habemus §. 6., ubi expositurus admirabile illud responsum, quod Dominus dabat homini haud vulgari, qui flexis eum genibus interrogat, quae deum via et ratione vitam consequeretur aeternam, in antecesum monet, salutiferum Iesum, tanquam Deum, praevidisse, et quae interrogandus esset, et si ipse interrogaret, quodnam responsum acciperet: προεῖδε, ὡς θεὸς, καὶ ἐ μέλλει διεργάτησθαι, καὶ ἐ μέλλει τις αὐτῷ ἀποκρινεσθαι. Fuerunt aliquando nonnulli vates hac parte praescii, sed instinctu divino: hic secus erat: atque hinc Clemens dicit: προεῖδε ὡς θεὸς —: quo et spectat, quod de Domino addit: προφήτης προφήταν, καὶ κύριος παντὸς προφήταν πνεύματος. *Divinam* igitur praescientiam diserte Christo hic tribuit. — Porro *Divinam* ipsius praestantiam et vim salutarem egregie etiam designat Noster §. 8. Mosen dicens δῦλον πιστὸν, Dominum τὸν γνήσιον ὑδν, eumque sub finem describens tanquam qui solus vitam dare poscit aeternam, τὸν τὸν ζωὴν δῶντας πόνου δυνάμενον. Haec in Aduotationibus ipsis iam obiter tetigi, sed ne animo exciderent, verbulo hic reperio. Addo eximium locum ex §. 25. ubi egregium hoc monitum legimus: ἔλοῦ τὸν σωτῆρα πρὸ πάντων, τὸν τῆς σῆς συνήγορον καὶ παράκλητὸν ζωῆς, τὸν τῆς ἀπελρου πρότανον ζωῆς elige tibi prae omnibus Servatorem, patronum et consolatorem animae tuae, immensae vitae dispensatorem: cf. et §. 29. — Sed pergo. Apostolus non semel loca Veteris Testamenti, in quibus Deus loquitur,

tur, vel de Deo sermo est, ad Christum referuntur: conf. *Hebr.* I. 10. — cum *Pf.* 102: 26 —, et *Rom.* XIV: 11. cum *Ies.* 45: 23. argumento, Filium igitur ac Patrem Apostolo verum esse Deum. Pari ratione Noster. *Benignissimus* Deus ex Hebraea loquendi ratione a Paulo dicitur ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης *I Thess.* V. 23. *Philipp.* IV. 9. *Rom.* XV. 33., et XVI: 20. Iam *Clemens*, Christum designaturus, scribit §. 22. οὐ γὰρ εἰπηγεῖται μήτος καὶ διαλυσιν ἀπὸ τῶν φιλτάτων ὁ τῆς εἰρήνης θεὸς, ὅγε καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπῶν παραινῶν· non enim praecipit odium et disiunctionem a carissimis Deus pacis, qui et inimicos admonet diligendos. Sic et alii, ut vides in Adnot. *Wetstienii*. — Atque hoc me in memoriam revocat insignis loci §. 34., ubi habemus, quo nihil simplicius dici potest, *Deum patrem*, et *Deum filium*, θεὸν πατέρα, καὶ θεὸν παῖδα, nempe πατρὸς, ut in fine § praeced. cum autem ibi scribit αἱματί θεοῦ παιδὸς, in mente habuisse vindicatur locum laudatum *Act.* XX: 28, de quo iam aliquid monui. Habet recepta locutio τὴν ἐκκλησιαν τοῦ θεοῦ, quo se tueatur, ut docuit Cl. noster *H. Royaards* in diatribe de *divinitate Iesu Christi vera* P. II. p. 130 seq. *Kuplou* tamen S. *Lucam* etiam scripsisse, cum Cl. *Venema* in *Exerc.* de *vera Christi divinitate* p. 1. seqq. vero simile mihi videtur; atque adeo legendum τοῦ *Kuplou* καὶ θεοῦ *Griesbach*. utramque lectionem in textu posuit, lectorum iudicio sic permittens. *Matthaeius* autem in textu ipso dedit τοῦ *Kuplou* καὶ θεοῦ, quod nem.

pe exhibent omnes eius Codices. — Accedat, quod et in *Adnot.* verbulo monui, *Clementem* docere, Christum esse amandum Ἰησοῦ τῷ θεῷ αεὶς ac *Deum*. — Sed desino in §. 37., ubi locum *Ioannis C. I.*: 18. respiciens, scribit: καὶ τότε ἐποπτεύσεις τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ὃν ὁ μονογενὴς ὑἱὸς θεὸς μόνος ἔξηγήσατο. Rarius hic iunctum ὑἱὸς θεὸς. Θεὸς etiam, sed sine ὑἱὸς *Noster Strom. L. V.* p. 695. in princ. Καὶ Ἰωάννης ὁ Ἀπόστολος θεὸν κύριον ἔσχατεν πώποτε ὁ μονογενὴς θεὸς, ὃν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἔξηγήσατο. exemplorum nubem hic conduxit *Wetstein*. Inter eos autem, quos laudat etiam est *Basilius Magnus*, in libro de *Spiritu Sancto*: sed minus accurate notatus. Principem locum *Cap. 6.* omisit. vid. *T. III.* p. 12. eum nota: ibi post verba *Com. 14^{mi}* addit: καὶ τὸ ὁ μονογενὴς θεὸς ὃν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς. probat hic divinitatem Christi. Huc respiciens quoque scribit *C. VIII.* p. 14 C., inter nomina, quibus scriptura Dominum designat, etiam esse μονογενῆ θεὸν. at *C. XI.* p. 23. A. in editis est ὁ μονογενὴς ὑἱὸς: in notis autem emendaatur θεὸς. memoriter forte ita scripsit, quemadmodum quae sequuntur, ὃ ἐν τοῖς κόλπος τοῦ πατρὸς, οὗτος ἡμῖν ἔξηγήσατο. Sic saepe non uno modo citant veteres. conf. hic quoque *Noster* p. 422, 2. Hoc utcumque sit, id constat, ex laudatis duobus *Clementis* locis, Dominum hic ei obversatum suisce tanquam *Deum*, quomodo et universe de veteribus ex frequenti citatione ὁ μονογενὴς θεὸς existi-

man-

mandum videtur: sed de eo iam non agimus. Ceterum diversus a se hic non abit *Clemens*, ubi §. 12. Dominum dicit τὸν κανὴν κτίσιν τὸν ὑἱὸν τοῦ θεοῦ, ut ad eum locum docui.

EXCURSUS II. ad §. 8.

de usu vocis Σημείου ad significandam crucem
Demini apud Veteros.

De usu vocis σημείου, ad significandam crucem Domini hic nonnulla notamus. Noster ita saepius. Insignis in primis locus est, quem legimus *Strom. L. VII.* p. 880, 15., ubi pro verbis *Lucae* in *Euangelio C. XIV.* 27. καὶ ἦσι οὐ βασάνει τὸν σαυρὸν ἀντοῦ habet, ἐὰν μὴ τὸ σημεῖον βασάνητε: et paulo post τὸ σημεῖον βασάται exponit τὸν θάνατον περιφέρειν *Domini moriem circumferre*. Plura auctoris loca in notis ibi adscripta leguntur. Atque ita iam ante *Barnabas*. vid. vir *Doctiss.*, qui *Danielēm* secundum *LXX.* Romae edidit, in subiuncta *Apologia* p. 572, 573. ubi et alia ex *Iustino Martyre* habet, nostri etiam non immemor. *Ignatius* etiam Epist. ad *Smyrn.* §. 1. ἵνα ἄργη σύστημα εἰς τοὺς αἰῶνας —. σύστημα hic idem ac σημεῖον, et crucem Domini designat, quae nimurum omnes usus τοῦ σημείου habet, qui viro sanctissimo hic obversabantur. conf. *Pearson. Chrysost.* T. III. p. 19. D. *Admiranda de cruce praedicans* tandem illam appellat τὸ σημεῖον τὸ βαυρακὸν καὶ παράδοξον.

Cc 3

Lac-

Lactantius dicit *immortale signum*, de mort. persec. p. 88. vid. et Epitome Instit. div. §. 51. Obversatu etiam dignum, quod scribit *Basil. M. Opp. T. III.* p. 400. C. κυριος ονμεῖον ἔγνωμεν παρὰ τῇ γραφῇ τὸν εἰρηνέον, proprio *signum* novimus in Scriptura *I. crucem* appellari. Similia loca ex *Eusebio*, *Gregorio Nazianzeno*, *Theodoreto* addi possent, sed quae missa facio. Verum hoc non praetereundum, Veteres vulgo existimasse, Deum in natura *crucem* ubique delineasse, in mari, terra, coelo. Ita *Iustinus Martyr*, *Tertullianus*, *Ambrosius*, plures. In non paucis Veteris Test. locis, quod vel ex laudato *Basilii* loco satis intelligimus *signum* hoc videbant: atque hoc *signum Dominum etiam significasse*, *Matth. XXIV: 30.* pro certo habebant. Plura hic sunt ad manum; sed defino. Si plura desideres, adi *Interpretes ad Minucii Fel. Octav.* p. 304., *Montacut.* ad *Greg. Nazianz.* *in-vect.* in *Iulian.* ad p. 47. l. 13., *Du Cange Glos.* med. et inf. Latin. v. *signare* et *signum*: Addas licet *C. Vitr. Obs. L. II. C. 15.*, et *Is. Casaub.* ad *Baron. Ann. Exerc. XVI. LXXVIII.*

EXCURSUS III. ad §. 8, 9.

de oeconomia Moysis legatoris, et Christi salutiferi.

Quae ad hanc rem, ex mente potissimum *Clementis nostri*, plura pertinent, paucis hic enarra-

bo.

bo. Nimurum haec fuit nonnullorum Veteris ecclesiæ Antistitum, nostri, maxime sententia, Christum non modo nostrum sub novo Foedere esse paedagogum, sed et paedagogum extitisse a mundi incunabulis, maxime quidem ante introductam oeconomicam Mosaicam, verum et hac vi gente, ita ut Prophetis et Lege in primis uteretur, quibus paedagogum apud Israëlitas ageret. Plutibus hoc docet libro *Paedagogi* primo. vid. p 99. et C. VII. p. 189. seqq. ubi data opera hanc rem pertractat: atque ibi etiam p. 131, 12. seqq. *Lex paedagogus* erat severus et imperiosus, quales apud Graecos Latinosque non raro obvii et merito notati: de quo legatur praeter alios *Aeschines Socrat. Dial. 3. §. 7.* seq. *Lex metum* non parum profutrum incutit, atque ita mentem quoque præparat, προπαραπτυσσάζει, quo verbo *Clemens* unitur T. II p. 736, 11. ad blandam et salutarem *Servatoris disciplinam*: quod multis locis monet; sed, ne longum faciam, haec tantum notabo. vid. p. 116, 27 —, p. 119, 8. p. 133 seq. p. 331, 33, 34. p. 332, 12. p. 445, 15. p. 447, 25. — qui locus egregius p. 492, 11 — p. 494, 26. p. 499, 33 — p. 823, 20 —: unum tamen verbis exhibitis, hic perquam opportunum, describam, p. 155, 19. — Πάλιν μὲν οὖν διὰ Μωϋσέως ὁ Λόγος ἐπιδιαγύρει, ἔπειτα καὶ διὰ προφῆτῶν προφήτης δὲ καὶ ὁ Μωϋσῆς ὁ γὰρ νόμος παιδαγωγὸς παιδεῖαν ἔσι διστηνεῖ. deinde, nonnullis interiectis; διὰ τοῦτο ἀυτοῖς καὶ ὁ νόμος καὶ ὁ Θεός εἴπετο εἰς ἀνακοπὴν ἀμαρτημάτων

καὶ προτροπὴν κατορθωμέτων, παταρτίζων εὐηκόῖαν εἰς τὸν τοῦ ἀληθοῦς Παιδικῶν (λόγους), τὴν εὐπε-
θεῖαν· εἰς καὶ ὁ ἀντὸς ἐν Λόγῳ, πρὸς τὸ κατεπέπηγον ἀρμοττόμενος τὸν νόμον· δεῖηναι γὰρ Φησὶν ὁ Παῦλος παιδικῶν εἰς Χριστὸν. lege cetera, quae sunt prae-
clara. Cernitur ex his, quam ob causam Auctor hic scripsit τὸν, et μετὰ Φόβου καὶ προσωπεῖας. Porro τὴν τοῦ Ἰησοῦ νομοθεσίαν recte *Cariophylus* ce-
terique reddunt legislationem, quia, quamvis doc-
trina Christi et disciplina eius iusta de causa νο-
μοθεσία dici posset, nulla legis ita proprie dictae
ratione habita, quemadmodum Apostolus *Hebr.*
VIII: 6, usus est verbo νομοθετεῖσθαι et νόμον πίστεως
dixit *Rom.* III. 27., (coll. et *Ies.* II. 3.) liquido
tamen orationis series docet, Auctori legem, quam
vulgo dicunt, hic etiam fuisse obversatam, quam
vero ipsam optimo iure hic ἄκραν dixit summam, et
Mosaica ista longe praestantiorem; quomodo *Nos-
ter* p. 148, 4. τὴν ἄκραν Domini σοφίαν notat, *Eusebius* hanc τὴν Ἰησοῦ νομοθεσίαν τὴν ἄκραν dixit τὴν
ἀνωτάτω φιλοσοφίᾳ *Demonstr.*, *Euang.* L. I. p. 21.
C. Chrysost. Opp. T. I. p. 604. B. μείζονα φιλοσο-
φίαν, ὑψηλότερη τοῦ Χριστοῦ δόγματα, τὸ τῆς διδα-
σκαλίας ὕψος τῆς παρὰ τοῦ Χριστοῦ γενομένης ἡμῖν.
Plures veterum, quos *Patres* dicimus, *Oecono-
miam*, quam *Scholae* dicunt, *novam* spectarunt
non modo tanquam *novam legem*, sed et *Christum*,
huius auctorem et conditorem, velut *novum legis-
latorem*, qui leges novas et Mosaicis longe excel-
lentiores tulerit, quod pluribus docuit *Euseb.* l. c.

L. I. C. 4, 5, 6., et in primis C. 7. ubi et non
semel legimus τὴν καινὴν τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίαν. ne-
que hoc hactenus male, si legem Mosiacam κατὰ γράμμα et nude propositam gravissimisque etiam
poenis sanctam spectaveris: conf. hic praeter alios
Iustin. Mart. in dialogo cum *Tryph.* Iudeo (ed.
Thirlb.) p. 157, 15 —, ubi v. 26. scribit αἰώνιος
τε ἡμῖν νόμος καὶ τελευταῖς, ὁ Χριστὸς, ἐδόκη, καὶ ἡ
διαθήκη πιστὴ, μετ' ἣν οὐ νόμος, οὐ προσάγμα, οὐκ
ἐντολὴ: iterum de *Christo* p. 159, 3. οὗτος ἐστὶν ὁ
καινὸς νόμος, καὶ ἡ καινὴ διαθήκη. p. 160, 1. scribit:
πάρεξιν ὁ νομοθέτης, καὶ οὐχ' ὅρατε πτωχοὶ εὐαγγε-
λίζονται. —: Vides τὴν νομοθεσίαν καὶ χάριν. paulo
post v. 6. rursus ὁ καινὸς νόμος. sic permuat τὸ
νομοθέτης et νόμος. p. 164, 27. dicit ὁ καινὸς νομο-
θέτης, quod repetit p. 173, 13. Latini ecclesiae
doctores etiam saepe memorant legem *Evangeli-
cam*, atque inter hos *Cyprianus*. vid. *I. F. Gro-
novii Obs.* in *Script. Eccl.* p. 114, 145. Ceterum
proxima πλήρωμα νόμου. — *Noster* quoque laudat
L. II. Strom. p. 451, 28. ubi, sicut in textu *Rom.*
X. 4, τέλος. plura habet *Euseb.* l. c. p. 25. —
Sed praetermittendum non est, *Clementem* recte
inde affirmare sanctitatem et praestantiam legis,
quod nos ad *Iesum* deducat, et ad sublimem ip-
sius doctrinam suspiciendam aptiores reddat: de
quo praecclare agit *Chrysost.* l. c. p. 603, 604. Ad-
do, in his *Clementi* ob oculos in primis fuisse no-
bilem locum Apostoli *Gal.* III. 24., quorum ver-
borum sensum hic in fine subiungo: *Lex* igitur se-

verus noster paedagogus fuit, quid nos diceret in blandam Christi, disciplinam (Scholam), ut ex fide plenum ius ad cernendam haereditatem habemus.

EXCURSUS IV. ad §. 10.

Sententiae CLEMENTIS et aliorum de libertate arbitrii.

Clementis locis iam laudatis, quaedam aliorum, ut monui, hic subiungo. *Iustinus Martyr* pluribus refutat sententiam, omnia fatu fieri, et nihil in nostra esse potestate positum; in *Apolog.* prima p. 64, 65. (ed. Thirlb.) p. 332, 3. scribit, *βουλέμενος τούτους ἐν ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ αὐτεξουσίους γενομένους*, τούς τε ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὁ θεὸς πράττειν, ἔτα ἔκαστον ἐνδυνάμωσε δύνασθαι ποιεῖν, ἐπεινεν. repetit hoc pluribus p. 356, 2. seqq., ubi inter alia dicit, Deum creatorem scivisse bonum esse, angelos hominesque τὸ αὐτεξουσίου ἔχειν. add. p. 435, 5 —. *Basilius Magnus* in Sermone de libero arbitrio T. II. p. 613. B. postquam monuisset, homines doctrina Dei non excultos, frustra inflatos, libero se putare arbitrio peccati occasiones posse abolere, sic pergit. τὸ γέροντος ἀνθρώπου δυνάμει αὐτεξουσίου, ἐπὶ τῷ ἐλέσθαι ἡ μὲν ἐλέσθαι τῷ διαβόλῳ ἀντιστῆναι κεῖται, οὐκ ἐπὶ τῷ δύνασθαι παντελῶς ἔχειν τὸ κράτος κατὰ τῶν πατῶν, quod dcinde pluribus demonstrat. Addo et unum

al-

alterumque Chrysostomi locum. Primus et palmarius est T. VI. p. 164. D. E., ubi explicans illud *Ieremiae C. X. 23.* Κύριε, οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὅδος αὐτοῦ, οὐδὲ ἀνθρώπος πορεύεται, καὶ πατορθώτε τὴν πορείαν αὐτοῦ, dicit, id hanc sententiam habere, οὐχ ἐφ' ἡμῖν ἐσὶ τὸ πᾶν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ ἐπὶ τῷ θεῷ. Totum non est in nostra potestate. sed aliud quidem in nostra, aliud autem in Dei situm est potestate: quod iam sigillatim exponit: τὸ μὲν γὰρ ἐλέσθαι τὰ καλλιστα, καὶ βουληθῆναι, καὶ σπουδάσαι, καὶ πάντα ὑπομεῖναι πόνου, τῆς ἡμετέρας ἐσὶ προθέσεως τὸ δὲ εἰς τέλος ἀγαγεῖν ἀυτὰ, καὶ μὴ συγχωρῆσαι διαπεσεῖν, καὶ πρὸς ἀυτὸ τὸ πέρας ἐλθεῖν τῶν πατορθωμάτων, τῶς ἄνωθεν ἐσὶ χάριτος: addit, cur ita virtutem inter nos partitus sit Deus: nimirum, οὔτε ἐφ' ἡμῖν ἀφῆκε τὸ πᾶν εἶναι, ἵνα μὴ εἰς ἀπόνοιαν ἐπαιρά — μεθα, οὔτε ἀυτὸς τὸ πᾶν ἐλαβεν, ἵνα μὴ εἰς φαύνην ἀποκλίνωμεν ἀλλ' ὀλίγου ἀφεὶς ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις πόνοις, τὸ πλέον ἀυτὸς κατορθοῖ. atque hoc p. 165, 166. pluribus persecutur. T. III. p. 434. D. nemo, inquit, de sua salute desperet; quod adfirmat, subiungens: οὐκ ἔστι φύσεως τὰ τῆς πονηρίας προαιρέσει τετιμήμεθα καὶ ἐλευθερία. τελώνης εἰ; δύνασθαι γενέσθαι εὐαγγελισθε. κ. τ. ε. — Ex hoc in primis loco constat, veteres arbitrii libertatem potissimum opposuisse peccandi necessitatim, quam hic φύσεως dicit, et quae prorsus superari non potest conf. et T. I p. 83. A. Nimirum Gnosti statuebant, omnes homines fati quaedam lege et necessitate ad omnes omnino actione.

tiones determinari: atque adversus hos Patres arbitrii libertatem acerrime vindicarunt: in quo quidem, ut sit, longius progressi sunt; non eo ratiōnē animo, ut Divīnae gratiae iniuriam facerent; omnia bona Deo esse adscribenda omnes docuerunt: quam in rem lectu digna sunt, quāe scripsit Ill. Grotius ad Matih. XIX: 17, et Euang. Lucae XVII: 5 et 7. Ceterum observandum, Patres saepius inter se non consensisse, quin et sibi ipsis non semper constitisse: porro ea, quae inconsiderate, quod non raro factum, scripserunt, ex aliis locis esse expōnenda, quod inter alios bene monuit Casaub. in Exerc. 1^{ma} adversus Baronium non longe a principio, et in not. in Epist. Gregorii Nysseni ad Eustath. p. 54, 55.

EXCURSUS V.

de satisfactione Christi Domini.

Habemus in hoc libello egregia testimonia, quibus sententia Clementis de gravissimo hoc Christianae fidei articulo adfirmatur. Primus locus sit §. 23., ubi Christum inducit peccatori dicentem: ὑπὲρ σου πρὸς τὸν θάνατον διηγωνισάμην, καὶ τὸν σὸν ἔξετον θάνατον, ὃν ᾧ φειλεῖς ἐπὶ τοῖς προνυαρτημένοις καὶ τῇ πρὸς οὐδὲν ἀπίστῃ. loco tuo, vice tui, cum morte certamen desudavi et exsolvi mortem, poenam, cuius reus eras ob patrata delicta, Deoque negatam fidem. Adversus Socini asseclas usum illum τοῦ ἵπτο ad Rom. V. 8. in Adnot. demonstravit Raphelius

lius

EXCURSUS. 413

lius. Ego ad hunc locum in Observ. plura exempla subieci: et potuissem alia subiungi. Xenophonti potuisset Raphelius addere suum Herodotum L. III. C. 14. ubi ὑπὲρ ἀνδρὸς ἐκάστου δέκα Αἰγαῖοπτων τῶν πρώτων ἀνταπόλυτοθει. ὑπὲρ τινὸς θυήσκεν πον tantum propter aliquem mori (cf. Phil I. 29 ubi ὑπὲρ χριστῆς πάσχεν) sed et pro aliquo mori, quomodo Apollodorus in Bibliotheca plus semel p. 47. Quid autem gravius dici potest, si et illa superiora addas, ἐγὼ σε ἀνεγένυσα — ἡλευθέρωσα, λατάμην, ἐλυτρωσάμην, cuius verbi in primis in hoc negotio magna vis est. — Succedat iam alter locus §. 37., ubi de Domino μέλλων σπένδεσθαι, καὶ λύτρον ἔσαυτὸν ἐπιδίδοντος κακὴν ἡμῖν διαβήκην καταλιπόντες. tum, paucis interiectis, ὑπὲρ ἡμῶν ἐκάστου κατέθηκε τὴν ψυχὴν τὴν ἀνταξίαν τῶν ὅλων. vid. quae ad illum locum notavi. Hic tantum observa, idem esse λύτρον ἔσαυτὸν ἐπιδίδονται, et κατατίθενται τὴν ψυχὴν. pecuniam dinumerare, persolvere, καταβεῖνται ἀργύριον dixit Lysias p. 96., et p. 94., ubi paulo ante dixit ἀργύριον διδόναι. Egregie autem τὴν ψυχὴν hic dixit τὴν ἀνταξίαν τῶν ὅλων. — Excipiat hunc tertius locus §. 42., ubi S. Ioannes ad latronem, admirabiliter ipsius ope ad Deum conversum. ἐγὼ Χριστῷ δάσσω λόγιν ὑπὲρ σου. ἂν δέη, τὸν εὖ θάνατον ἐκῶν ὑπομενῶ, ὡς ὁ Κύριος τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπὲρ σου τὴν ψυχὴν ἀντιδώσω τὴν ἐμὴν. conf. §. 3. expressius nihil dici potest ad designandam mortem Domini pro nobis vicariam. Denique, non omissus locus insignis §. 8. ubi monens, Christum solum

es-

esse auctorem vitae aeternae, notat, quod omnino observari meretur, illum perpessiones, quas nostri causa tulit, per omnem vitae cursum sustinuisse, diserte ita scribens, ματήν μὲν δι' σωτῆρα αὐτὸς παρηγένεται, καὶ πάσχει δι' ἡμᾶς, ἀπὸ γενέσεως μέχρι τοῦ συγκείου, τὴν ἀνθρωπότητα διατέρχεται. cf. et quod de intercessione habet fere in fine σωτῆρα τὸν τῆς σῆς συνήγορον καὶ παράκλητον ψυχῆς.

EXCURSUS VI.

de disciplina Christiana in Veteri ecclesia.

Ad civitatis Christianae salutem ornandam et tuendam, magna ex parte etiam requiritur exactior disciplina, in qua tamen modus tenendus. Vidimus, ad §. 39 et seqq., portam poenitentiae apud Deum maximis etiam peccatoribus in hac vita non claudi: in ecclesia tamen circa graviter post baptismum lapsos rem secus se habere plures censuerunt. Vetustissimi Christianorum, ut notavit Grotius ad Matth. XVIII: 22., in *idolatriam, homicidium, aut adulterium* lapsos Dei quidem misericordiae commendabant, non tamen ut ad communionem admitterent; aliis autem criminibus foedatos non ad solam poenitentiae professionem, sed post longi temperis experimenta ad communionem etiam recipiebant, iterum aut saepius relapsos non item: ita paucis rem universe complexus est vir summus: plura si desideres, adi quae uberior dedit in Ep.

ad

EXCURSUS. 415

ad Hebr. C. VI: 4, 5, 6., et quae scripsit Cl. Venema Hist Eccl. T. III. p. 735. seqq. Ex quibus et videbimus, non omnes etiam hic sibi constitisse, vel et inter se consensisse. Verum id iam non ago. Hoc tantum hic obstatum velim, severam adeo, temporis quoque ratione, primo Christianismi tempore non fuisse disciplinam, quam quidem postea. Luculentum hic habemus exemplum in iuvene illo latronum duce. Non possum autem, quin hic adscribam verba Ioseph Pearsoni in Vindic. Ignat. p. 393, quia totum Clementis locum egregia luce perfundunt.,, Etiam, inquit, Iuvenis ille in Homilia de Divite, sub Originis nomine edita, qui sicarius, imo μαϊδόνος fuerat, restitutus est Ecclesiae per poenitentiam ab ipso S. Iohanne. Et Apostolus ipse nobis describitur quasi διδοὺς μέγα παράδειγμα μετανοίας ἀληθινῆς, dans magnum sincereae poenitentiae exemplum, ut legimus apud Eusebium L. 3. C. 23. Quod exemplum Clemens fusius tractans, et tandem perorans, ait, ὁ γὰρ ἐνταῦθα τὸν "Αγγελον τῆς μετανοίας προσέμενος, οὐ μετανοήσει τότε, ἢντα ἂν καταλιπῇ τὸ σῶμα, οὐδὲ κατατσυνθήτεται τὸν Σωτῆρα προσίστα μετὰ τῆς ἀντοῦ δόξης καὶ ερατεῖς ἵδην, οὐ δέδει τὸ πῦρ. Nam qui modo suscipit Angelum poenitentiae, eum tunc non poenitebit, cum de corpore decedit, nec Salvatorem videns advenientem cum gloria sua et exercitu, feret ignominiam neque ignem timebit. Ubi ad Hermae Pastorem aper-te alludit, et ostendit nihil in Ecclesia tunc tem-

po-

poris definitum fuisse de maiorum criminum reis à beneficio poenitentiae ecclesiae penitus excludendis." Addo et aliud illustre exemplum in *Pau'o Apostolo*, qui incestuoso homini, seriam poenitentiam agenti, a *Corinthiis* mox omnino veniam dari voluit, 2 Cor. II.

EXCURSUS VII.

de praecipuis baptismi nominibus apud Veteres

Obiter hinc illustrandus insignis Apostoli locus 1 Cor. XV: 8. "Ἐσχάτον δὲ πάντων, ὥσπερει, τῷ (sic scriendum) ἐκτρώματι, ὡφῆ πλευ. novissime autem omnium tanquam puero cuidam abortivo nūsus est et mihi. ita vertendum. τῷ scriendum, ut monui, sine accentu. Nimirum articulus δ, η, τὸ saepe ponitur, ab Atticis in primis, pro pronomine της vel τι, praesertim dat. τῷ et genit. του absque accentu pro τηνὶ et τηνὸς. Id hoc loco nonnullis viris doctis in mentem venit; neque hoc etiam displicet Cl. Valckenario, ut scribit in Adnot. Crit. in loca quaedam Libr. S. Novi Foederis p. 406., si Atticum illud του, τῷ, pro τηνὸς, τηνὶ, his in libris reperiatur. *Paulus* omnino legisse videtur Scriptores Graecos, cum Græcis, etiam qui castigate loquebantur, *Corinthiis*, *Ephesiis*, aliiisque, procul dubio collocutus fuit. in 2da ep. ad *Corinth.* C. XI: 4. scribit ὁ ἐρζόμενος, pro της ἑρζ., ut monuit vir Eruditus in *Obs. Misc.* Vol.

III. p. 149., et 1 Thess. IV: 6. *Rittershusius* τῷ πράγματι legebat. Confirmat me etiam hic consensus in utroque loco magni viri Ernestii ad *Xenophont.* Memorab. L. II. C. 2. §. 12. Verum ad rem. Apostolus ita scribens, se iis opponit, qui longiore institutione usi, ad baptismum atque adeo ad novam nativitatem perducti erant, tanquam qui subito et ex improviso eo pervenerat, Iesu ipso velut obstetricante. Legamus admirabilem historiam *Act. Ap. C. IX.* Paucis et egregie ita exposuit *Grot.*, qui ad h. l. scribit. „ Hoc autem ideo dicit, quia non longa institutione ad Christianismum perductus fuit, quo eset velut naturalis partus, sed vi subita, quomodo immaturi partus eiici solent." De praecipiis nominibus baptismi apud Veteres hic nihil addo, vid. ipsae porro *Observationes*.

EXCURSUS VIII. ad §. 40.

de tempore novissimi adventus Domini ex Veterum sententia.

Non mirum, Veteres sensisse, diem novissimum prope adesse, atque ita etiam locutos esse. Non poterat enim non ecclesiae laetissimus esse dies, quo Christus ex coelis ad consummandam eius felicitatem reversurus eset. In primis, cum tempora, quibus vivebant, et pravis moribus et gravissimus calamitatibus vere, ut scribit Apostolus Eph.

V: 15., mala esent. Flagrabant igitur, ut alibi scribit vir Divinus, Christi sectatores novissimi adventus eius desiderio. (Conf. 2 Tim. IV: 8.) neque coelitus edocti erant, num reditus ille ipsorum aetate, an vero post multos demum seculorum decursus futurus esset. Quin et ita plerumque scribebant Apostoli, ut fere existimares extremum diem prope adesse: excipientur tantum loca 2 Thesf. II: 1 seqq. et 2 Petr. III., in primis v. 8, 9. sed ipsi hic satis indicant, cur ita scribebent, de quo hic non est agendi locus. Ceterum alia nonnulla hic addere non abs re erit. Arctissimum scilicet est coniubium inter adventum Christi primum et ultimum. Adventus primus Patribus promissus erat obiectum fidei et spes, in quod pii homines oculos perpetuo intentos habebant, exspectantes regnum Messiae Davidi promissum. Alter adventus Domini post peractum magnum redemptionis opus, eiusque discesum ad Patrem in sedes coelestes, ad regnum iam suum capessendum. promovendum et consummandum, in fine seculorum aderit. Haec adeo est, ut ait Ioannes 1 Ep. II: 18. ἐσχάτη ὥρα. haec, nulla mora interposita, in cursu est. Venit igitur Dominus cito, atque adeo brevi tempore. Ita ipse Christus Apoc. III: 10. XXII: 7, 12. add. v. 20. ubi ἐρχομαι cum nonnullis non capiendum est pro fut: veniam, sed in praesenti venio. Nimurum Dominus semper est in via, nusquam moratur, ab uno gradu ad alterum properat: omnia ordine suo de-

cur-

currunt, et omnibus peractis, quae ipsi ad dextram Dei erecto mandata sunt, secundum Apoc. V, 5. seqq., e coelis apparebit iudex vivorum et mortuorum: atque hic finis et consummatio immensorum eius operum. Notandum hinc, quod Petrus dicit Act. X: 42. Christum ipsi ceterisque Apostolis mandasse, ut populo nunciaret et testificaretur, eum a Deo esse destinatum κατὰ ζῶνταν καὶ νεκρῶν. Porro, supremus noster Magister, his in terris versans, diem supremi iudicii ipse ignoravit Marc. XIII: 32. Non igitur mirandum, Apostolos nescivisse. Ioannes solus de fatis ecclesiae usque ad diem novissimum plura novit, sed edoctus a Domino, cum regnum a Deo Patre ipsi esset traditum: nec tamen in illo libro, quem de his exaravit, diserte, et puncto temporis observato, exitum rerum designavit.

EXCURSUS IX. ad §. 20.

de usu vocis ἀπάθης in primis apud nostrum.

De usu vocis ἀπάθης in primis apud nostrum in Observat. iam dicere coepi: Nonnulla hic addo, intelligendae sententiae Clementis causa. Laudavi locum ex Paedagogo p. 99., ubi dicit, Dominum fuisse ἀπόλυτον εἰς τὸ παντελὴς ἀνθρωπίνων πᾶσαν et ἀναρρήτων μένον Recte hoc dictum, si ita intelligas, vel levissimas perturbationes eius quietem tranquillitatemque non temerasse, aut vitiasse; at

non bene, si hic significet Clemens, in Christo omnino non fuisse humana πάθη, aut *affectiones*, ut dicit L. VI. *Strom.* p. 775., ubi, postquam scripsisset, famem sitimque et similia in Servatore non extitisse, addit. v. 35. ἀντὸς δὲ ἀπαξιπλῶς ἀπαθῆς ἦν, εἰς δὲν οὐδὲν παρεισδύεται κίνημα παθητικὸν, οὐτε ὑδονὴ οὐτε λύπη. Contrarium non tantum constat ex gravibus Servatoris querelis *Geithsemanitis*, sed et locis disertis *Luc.* XII: 50, et *Ioh.* XII: 27. At porro, cum ad ἀναμυρτησαν *Noster* plenam requirat ἀπάθειαν, et inter homines nemo non sit ἐμπαθής, qua tandem ratione non semel perfectos Christianos, ἀπαθεῖς esse affirmat, atque ita *Gnosticum* suum informat et delineat, in primis L. VI. et L. VII. *Stromatum?* Non certe, quod talēm in hac vita existere posse censeret, ut putat *Thom. Itigius ad Operum Clementis Alexandrini Supplementum &c.* in praef. §. 7, in fine; sed quod eo omni ope esse enitendum existimaret. vid. *D. Heinßus ad initium L. I. Strom.* p. 35, 316. Sic igitur ex *Autoris* mente perfectiores Christiani ἀπαθεῖς habendi sunt, quoad mortales hoc escendere posunt, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν p. 471, 7. et ὅση δύναμις p. 99, 20. ubi omnino vid. *Potterus.* Atque adeo ἀπάθεια est hominis Christiani magis proiecti et consummati in fide et vita sanctiore. cf. p. 450, 18. p. 588, in fine, p. 884, 4. ubi pro ἀπαθεῖς procul dubio legendum ἀπαθεῖς, ut ad *Constit. Apost. L. II. C. 45.* recte monuit *Cotelerius*, qui et vid. ad *Eccl. Gr.*

Monum. T. II. p. 564, 565. — Tandem, scribit *Noster* p. 374, 14. μετὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἀπόθεσιν Deum videbimus πρόσωπου πρὸς πρόσωπον, ὅρισινδης καὶ καταληπτικῶς, ὅτ' ἂν καθαρὰ ἢ καρδία γένηται. *Iustinus Martyr de piis in altero Domini adventu*, p. 228, 2. (ed. *Thirlb.*) οἱ δὲ ἐν ἀπαθείᾳ, καὶ ἀφθαρτοί, καὶ ἀλυτοί, καὶ ἀθανατοί συνώσιν, ubi cum *H. Stephano* ἐν non expungendum est: συνώσιν scil. αὐτῷ, τῷ Χριστῷ nempe. locus plane geminus est, p. 167, 7. τὸς δὲ ἐναρέτους καὶ ὅμοιως Χριστῷ βιώσαντες, ἐν ἀπαθείᾳ συγγενέσθαι (vel συγγενήσθαι) τῷ θεῷ idem p. 230, 19. πισεύσαντες, ὅτι ἀνασήσεται μᾶς ὁ θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀφθαρτούς, καὶ ἀπαθεῖς, καὶ ἀθανάτους ποιήσει. cf. p. 15, 5. Haec iam sufficerint. Accedat locus *Nostri* minus intellectus. p. 450, 12. ubi ἡ γοῦν δεισιδαιμονία πάθος, Φόβος δαιμόνων οὐσα, ἐκπαθῶντε καὶ ἐμπαθῶν. usus vocis δαιμων latius patet. *Dicit* etiam dicti δαιμονες hi, ut supra vidimus, sunt ἀπαθεῖς vel ἐκπαθεῖς, cui oppositum ἐμπαθὲς. *Plato* ipse Deum summum dixit μέγιστον δαιμονα. At δαιμονες ita proprie dicti, habent τὸ ἀθανάτον καὶ ἐμπαθὲς. δεισιδαιμονία igitur est φόβος δαιμόνων ἐκπαθῶντε καὶ ἐμπαθῶν.

EXCURSUS X. ad §. 42.

De iis, quae post hanc vitam, ex Clementis sententia sunt expectanda.

Fuerunt inter Veteres, qui existimarent, post

hanc vitam locum esse poenitentiae et reconciliatiōnē. Atque inter hos etiam Clemens noster, qui diserte et pluribus, *Strom. L. VI. p. 762. seqq.*, docet, Dominum descendisse ad inferos, et omnibus Euangelium promulgāsse, ut poenitentia duciti salutem consequerentur, atque ad instar Domini Apostolos quoque apud inferos Euangelium annūciāsse. Alia dabit Cl. Clementis Editor ad Tom. II. p. 794, 18. Plerique autem hanc sententiam rejeccerunt, *Chrysostomus, Augustinus, alii. vid. Ioh. Rainolitus in egregio libro, Censura librorum Apocryph. V. T. T. I. p. 1038, seq. et Venema Hist. Eccel. T. IV. p. 219. Pseudo Clemens Rom. Ep. II. C. 8.* μετανόησαμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἵνα σωθαμεν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἔως ἔχομεν καιρὸν μετανοᾶς μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν ἡμῶν ἐν τοῦ κόσμῳ, οὐκέτι δυνάμεως ἐπεὶ ἐξομολογήσασθαι, ἢ μετανοεῖν ἔτι. Cyprianus in epistola ad Antonianum disertis verbis negat, exomologesin et confessionem fieri apud inferos: atque hinc colligit, poenitentes ante mortem esse adsumendos. Imprimis, ne plura addam, conferri memetur Theodoretus Comm. in Psalm. ad initium Psalmi VI^{ti} et ad Com. 6. Loquuntur hi quidem aliquando de poenitentia post mortem, sed quae potius sit poena, et certe prorsus inutilis. *Iustinus Martyr Apol. 1^{ma} p. 77, 1a. (ed. Thirlb.)* de iniustis in futuro seculo scribit, τότε μετανόησουσι, ὅτε οὐδὲν ὀφελήσουσι, tunc poenitebit eos, cum id nihil illis proderit. Auctor Homil. 1^{mae} Clementinae §. 7. dicit ad eos, qui hic Deo morem

omniā

omnino non gesserunt, αἱ φυχαὶ ὑμῶν κατὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν εἰς, τὸν τόπον τοῦ πυρὸς βληθεούσι, ὅπου ἄδικος κολαζμένοι ἀνωφέλητα μετανόησουσι inutili ducentur poenitentia. Πῦρ in fine §. 37. apud nostrum est poena aeterna. Obiter ad eum locum monui, veteres ecclæsiae Doctor es supplicia sempiterna aliquando etiam per ignem significāsse. ita *Iustin. Mart. (ed. Thirlb.)* p. 27, 2. p. 33, 18. p. 69, 11. ubi κόλασις διὰ πυρὸς ἀιωνία, ut p. 16, 19. αἰωνίας κόλασις ἡ σωτηρία. insignis locus est p. 75, 25. seq. τῶν δὲ ἀδίκων (τὰ σώματα) ἐν αἰσθήσει αἰώνιᾳ μετὰ τῶν Φαύλων δαιμόνων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει. ubi ad illud ἐν αἰσθήσει vid. not. add. *Hippolyt. de antichristo* p. 96. in fine. *Minuc. Fol. p. 361, 362.* cum nota Elmenhorstii. *Gregor. Nazianz. T. I. p. 644.* D. ubi iunctum τὸ πῦρ Φυγεῖν et τῆς δόξης κληρονομεῖν. Sed quorsum haec? Hoc quidem loco τὸ πῦρ non significat poenam aeternam, sed poenas castigatorias: has non metuit, qui veram in hoc vita ponitentiam egit. Ceterum fuerunt, qui aeternitatem poenarum, de qua Scholæ agunt, a Nostro in dubium esse vocatam, atque eum ita *Origeni* praeiisse, arbitrarentur; sed hoc non liquidum. cf. Cl. *Lampe*, Diss. Philol. Theol. Vol. II. p. 64, et 71. vid. et p. 54. Legimus T. I. p. 367, 368. ὁ δὲ Διάβολος αὐτεξόστος ὅν καὶ μετανοῆσαι εἶσι τε ἡν, καὶ κλέψαι — adscriptum ibi est, „Eadem sententiam defendissem Originem Clementis discipulum, satis notum est” Verum aliud quid ibi

ibi agit *Clemens*. in eo quippe est, ut doceat, Deum furti, de quo ibi loquitur, non fuisse causam, cum non prohibuerit, sed diabolum ipsum, qui commisit, tanquam qui non invitus aut coactus hoc fecit, sed volens, cum vi liberi, quo gaudebat, arbitrii vel resipiscere potuisset. Non equidum tamen negaverim, *Clementem* talia subinde dixisse, quae sententiae *Origenianae* ansam praebarent. Sententia *Clementis*, hic quoque *Platonem* secuti, ni fallor, huc redit: — pessimos homines poenis nunquam terminandis esse affidentes, quod docet locus, quem modo laudavi, ex § 37., ubi expressis verbis dicit de eo, qui fraterem odio habet, θεοῦ σπλάγχνου οὐκ ἔχει, ἐλπίδα κριτήν τὸν ἔχει — ἐκκόπτεται τὸ πῦρ ἀθρουν ἀναμένει. — deinde eos, qui post baptismum vitiis inquinati fuerint, et vere poenitentiam non egerint, suppliciis quibusdam post fata purgatos, in beatorum sedes tandem transire. — tandem, veteros gnosticos (perfectos) quam primum de corpore discesserunt, summam felicitatem consequi. Atque haec hactenus. — Exciderat hic paene monere, in illis τὸν σωτῆρα προσιόντα μετὰ τῆς αὐτοῦ δόξης καὶ σπατίας ἵδον, pro σπατίᾳ legendum esse σπατίας, quae duo saepe confusa, ut alibi pluribus docui. *Iustinus Martyr.* p. 76, 19. (ed. Thirlb.) τὴν δὲ δευτέραν (παρουσίαν) ὅταν μετὰ δόξης εἰς οὐρανοῦ, μετὰ τῆς ἀγγελικῆς αὐτοῦ σπατίας, παραγενήσεοι κεκήρυκται.